

G

III

68

1  
1  
1  
1  
1  
  
DALLA  
BIBLIOTECA  
DEL SS. CROCIFISSO  
Di Crotone  
(18.X.2013)

E.VIII.7.19





250



Petrus Vecchia inv.

D. MARIAE LAURENTIAE LONGÆ CAPUCCI  
NARVM FUNDATRICI LAURENTII LONGI  
S. S. SOTERIA LAURENTIALIA AN SALMIO

Vaticane Biblio  
tric.

LAVRENTII  
LONGI C.R.C.S.  
**SOTERIA**

Hoc est pro Salute Carmina  
Ad Ædem Salutis Veneris nuper  
Extractam contexta

Cum notis Historicis, ac Chronologicis Ingenuis  
Taurelli Doc. Parmen. atque Iconib.  
Petri Vecchij P. V.

SERENISSIMO DUCI  
**FRANCISCO ERICIO**

Principi Venetiarum.  
D. D. D.



**VENETIIS, M DC XXXXIV.**

Typeis Matthaei Lenij, & Ioannis Vecellij.  
Superiorum Permissu,

D. Io: Ambrosius Varesius Pra-  
positus Generalis Congr. Som.  
& Doctr. Christianæ in Gallia.

Cum de mandato nostro Opera  
inscripta Laurentij Longi Cler.  
Reg. Cong. Somascha Soteria,  
Veneta, Laurentalia, ac Parthenopea, hoc  
est Vesuviados Poema Epicum, & alia  
eiusdem carmina à duobus eiusdem Con-  
gregationis Theologis recognita, & appro-  
bata fuerint, facultatem concedimus, ut  
seruatis seruandis typis mandentur. In  
quorum fidem has literas manu nostra  
subscriptas, & sigillo munita deditus.  
Venerijs Kal. Aprilis Anno 1644.

D. Io. Ambrosius Varesius Praep. Gen.  
Cong. Somaschæ, ac Doctr. Chr.  
in Gallia.

SERENISSIMO DVCI  
FRANCISCO  
ERICIO  
VENETIARVM PRINCIPI.

Laurentius Longus Sac. Sam. S.P.D.



N communi omnium lœti-  
tia, Serenissime Princeps,  
ob Italicam Pacem initâ  
incredibili gaudio affectus  
mihi ipse temperare non potui, quin  
priuatim Reipublicæ Venetæ, tuæq;  
gratuler felicitati; quæ Italica liber-  
tatis custos, ac vindictæ semper inui-  
ta triumphales Salutis, ac Pacis lau-  
ros vndique refert; vbique serit; &  
fugata pestilentia, profligatis pira-  
tis, eliminato terra, marique bello  
Salutis, & Pacis arcus, quales in Sa-  
cris Libris leguntur, sibi erexit. Quin-  
a a etiam

D. Io: Ambrosius Varesius Pre-  
positus Generalis Congr. Som.  
& Doctr. Christianæ in Gallia.

**C**Vm de mandato nostro Opera  
inscripta Laurentij Longi Cler.  
Reg. Cong. Somascha Soteria,  
Veneta, Laurentalia, ac Parthenopaea, hoc  
est Vesunianos Poema Epicum, & alia  
eiusdem carmina à duobus eiusdem Con-  
gregationis Theologis recognita, & appro-  
bata fuerint, facultatem concedimus, ut  
seruatis seruandis typis mandentur. In  
quorum fidem has litteras manu nostra  
subscriptas, & sigillo munitas deditus.  
Veneijs Kal. Aprilis Anno 1644.

D. Io. Ambrosius Varesius Praep. Gen.  
Cong. Somaschæ, ac Doctr. Chr.  
in Gallia.

SERENISSIMO DUCI  
**FRANCISCO**  
**ERICIO**  
VENETIARVM PRINCIPI.

Laurentius Longus Sac. Som. S.P.D.



N communi omnium latri-  
tia, Serenissime Princeps,  
ob Italiam Pacem initâ  
incredibili gudio affectus  
mihi ipse temperare non potui, quin  
priuatim Reipublicæ Venetæ, tuæq;  
gratuler felicitati; quæ Italicae liber-  
tatis custos, ac vindictæ semper ini-  
cta triumphales Salutis, ac Pacis lau-  
ros vndique refert; vbique fert; &  
fugata pestilentia, profligatis pira-  
tis, eliminato terra, marique bello  
Salutis, & Pacis arcus, quales in Sa-  
cris Libris leguntur, sibi erexit. Quin-

a a etiam

etiam Romanæ nobilitatis , ac magnificientia hæres , & æmula nuper Salutis , vt olim Pacis ædem Diuæ Mariæ Virgini Dei , & humanæ salutis , Pacisque parenti facram ex votio , vt Roma antiquitus , ibi extruxit , ubi , si I. Liuio Romanæ Historiæ Principi credimus , viginti ferè ab hinc seculis de victo Lacedemonum Rege Cleonymo , qui Venetas hasce oras populabundus inuaserat , & de Spartanæ eius cause profligara ingens Victoria relata est . Tunc vero cum Laconum spolijs , & exustarum nauium rostris , quæ Iunonis sospitæ templo affixa fuere , salus Veneto populo parta eodem anno fuit , quo Aedes Salutis Romæ in Quirinali Regione ad portam inde Salutarem dictam dedicata fuisse narratur ; huius effigiem , & varias Salutis Imagines ex antiquis Romanorum numismatibus delineatas , & Aedis Salutis Venetijs abs te extractæ iconem tibi SERENISSIME PRINCEPS exhibemus . Fuit , fuit annus ille Salutis

litis illinc dedicatione , huic partæ victoriae triumpho Romanis , Venetisque fastis celeberrinius , ac salutaris . Erit , erit etiam annus iste Salutis nostræ M DC XXXX . V. fatorum benignitate felicissimus Romana , Venetaque Pace , Italorumque Principum concordia publicis annalibus , ac monumentis vniuersæ Posteritati memorabilis : hoc enim tempore bellicus armorum in Italia desauentum furor terra , marique reredit , Martiale incendium , quo hac Provincia Orbis terrarum pulcherrima . Non secus , ac Vesuviano incendio Campania felix infeliciter conslagrabat , tandem Eminentissimi Antistitis Cardinalis Alexandri Bichij opera extinctum est ; Aurea Pax sacra eiusdem Purpura amicta , aureisque Regis Gallorum lilijs coronata , medios nunc per populos , vrbesque latet incedit ; redituque suo , quasi post tenebras exorta luce , post nymbos , & procellas reddita serenitate cuncta exhilarat , lumineque suo illustrat ,

ac beat : Ferratos Iani postes alter ,  
& prisco melior Augustus , Sanctissi-  
mus , inquam Pontifex VRBANVS  
VIII . clausit , aureum Pacis Tem-  
plum reclusit . Vrbanæ illæ Apes in  
tergeminò Pontificatus Apice mellifi-  
cantes , quæ olim in floridis Hetru-  
scæ Floræ hortis ortæ inter pacificas  
Pindi lauros enutritæ , in sacris Ec-  
clesiæ viridarijs pastæ Regiam Hie-  
ronis prædentiam , diuinam Platonis  
sapientiam , flexanimam Pindari elo-  
quentiam , suauissimam Ambrosij  
sanctimoniam in Urbani ore , ac pe-  
store congeserant ; mox ceu pere-  
grinae , vel barbaræ Apes ad Laurenti  
regiam , regnaque , ad Pontificalis di-  
gnitatis laurum , ad replendas cæle-  
stium virtutum , ac meritorum fauis  
Vaticani alueatij cellas conuolarunt .  
Indeque , & ex aureis Gallorum Re-  
gis lilijs , ex patriæ Floræ , ac Farne-  
siorum hortorum floribus mellifluo-  
rore delibato aurea pacis mella lege-  
runt , nec non in Adriaci Leonis viuo  
ore mellifarunt , auroque meliora ,  
mellea

mellea secula Italico orbi reddide-  
runt . Ideo pacis amantissimus Diu-  
ni Marci Leo , suspenso quo pacem que-  
rere , vel tueri consuevit , gladio , li-  
broque sacro expanso ; Pax tibi Mar-  
ce , inquit ; hoc scilicet Venetæ Rei-  
publicæ pacis studiofissimè anti-  
quum emblemma est , cuius tu Prin-  
ceps Serenissime Diuiis legibus ar-  
matus , humanis ornatus armis Leo  
Pacifici Leonis ex Tribu Iuda imita-  
tor , inuentam , vel oblatam Pacem  
libenter amplecteris , amplexatam  
fideliter fous , ac more maiorum  
conseruandam existimas . Bella vl-  
tro nunquam prouocas : æquitate ,  
non sanguine , caula , non armis pa-  
triæ dignitatem , ac libertatem tue-  
ri , & augere præoptas . Verum si  
quando nulla nisi in armis iuris  
tuendi spes superest , tunc ab ense di-  
stricto præsidium petere , maximis  
belli apparatibus , hostes terrere po-  
tius , quam conterere consueisti .  
maximos terris exercitus , ingentes  
mari classes admirabili celeritate

comparare , pro subditis , pro socijs ,  
pro amicis Venetam opem nunquā  
frustra implorantibus bella pruden-  
ter , ac fortiter suscipere , suscepta non  
minus consilio , quam armis gerere ,  
donec victoriam , vel pacem iustis ,  
honestisque pactionibus obtineas .  
Honestam pacem speratae in bello vi-  
ctoriae semper præposuisti , quam  
etiam tanquam feralem deploras ,  
si vel magna hostium strage , vel  
vniuersitati compararetur interitu .  
Vnius amici in columitati impensius  
studes , quam partæ multorum ho-  
stium necē victoriarē ; huius etiam si-  
spes certa affulgeat . melius rāmen  
exultimas triumphare sine certami-  
ne , vel aliquo pecuniarum impendio  
a conflictū deflectere , quam fuso ho-  
stili , nedum subditorum sanguine vi-  
trices palmas irrigare , minora ratus  
Rēpublicam opum , & sanguinis  
dispendia passuram in pacis calamiti-  
tate , quam in belli prosperitate .  
Cara quidem pax est , sed caro em-  
pta , quæ bella terminat . Carior , &  
fine

sine pretio , quæ pugnas anteueritit ,  
damnaque , & cædes opportunè pro-  
hibet , quaque integra omnium fa-  
lute latatur . Pacem , & salutem tan-  
quam sorores libenter simul incedere , & coniunctim in sacris litte-  
ris nominari legimus . quin etiam anti-  
quis solemne fuit , vt apud Plautum  
videre est , pacem , ac salutem simul  
precari , & lauri virgam vtriusque si-  
gnum Apollini offerre . Laurus enim  
vbicumque fata , vel affixa fuisset , in-  
columitatē præstare credebatur , at-  
que inter armatos exercitus portata  
conciliare animos , & pacis signum  
esse . Lauri etiam folia à populo  
salutaris , & pacifici ominis gratia .  
Magistratibus laureatos fasces ge-  
stantibus Ianuarij Kalendis offere-  
bantur . Ego quoque hisce Kalendis ,  
quibus solemnia Concordiæ cele-  
brantur , & in publicis supplicationi-  
bus pro pace indictis , tanta auri , ar-  
gentique copia per Venetam Vrbem  
circumfertur , vt aurea simul , & ar-  
gentea ætas Venetijs renata videa-  
tur ,

tur , frondentem lauri virgam tibi  
Serenissime Princeps , salutis , & pa-  
cis perpetuae omen offero . Mea sci-  
licet Laurentij , & Laurentalia So-  
teria , hoc est carmina pro Salute ad  
Ædem Salutis , in qua sex annos Sa-  
lutaria Sacra operatus sum , contex-  
ta . Poeticam igitur laurum , tuoque  
foco natam , tibi iure debitam offero ,  
singularis lætitiae meæ ob initam pa-  
cem argumentum , & obseruantiae  
erga te meæ pignus perpetuum . Ca-  
terum dantis affectum potius , quam  
muneris paruitatem respicias velim  
Ireneidos de Pace Italique Poema Epi-  
cum , maiorem laboris mei fructum  
expeñes . Vale , ac fave Italicae li-  
bertatis , & Christianæ Reipublicæ  
præsidium , ac decus .

Datum Venetijs Kal. Maij 1644.



A V T H O -

# AVTHORIS

Ad Lectores .

## PRÆFATIO :



OLEMNE fuit Romani  
nisi maiorum suorum virtu-  
tes , & præclara gesta com-  
memorare , eademque car-  
minibus comprehensa ad tibias canere ,  
viuisque animatas coloribus mortuo-  
rum imagines , cereas effigies , marmo-  
reas , æneasque statuas , columnas tro-  
phæis , ac titulis insignes ad excitandos  
ad maiorum imitationem minores  
ostentare . Nimirum gaudebant sanguine  
longo censeri , pictosque ostendere , vultus  
maiorum , & stantes in curribus auos ,  
proanosque suos . Ipse etiam familiæ , ut  
Romanæ eloquentie pater testatur , sua  
quasi ornamenta , ac monumenta serua-  
bant , & ad usum , si quis ex eadem gente  
occidisset , & ad memoriam laudum do-  
mesticarum , & ad illustrandam nobilita-  
tem suam . Ideò T. Sempronij Longi  
Consulis , qui aduersus Annibalem Car-  
thaginensium ducem ad Trebiam pu-  
gnauit , familia à Silio dicitur

a 6 Gens

Gens inclita magnis,  
Atque animosa viris , multisque in  
imagine clarus

Prefulgebat annus titulis belliq; domiq;  
Maiorum si quidem gloria posteris lu-  
men clarissimum est, acerrimumque ad  
virtutis , ac gloriæ cursum incitamen-  
tum ; quinetiam , vt Academicorum  
Princeps asserit, parentum gloria natis est  
præclarus , magnificusque thesaurus . Non  
minus paternis , autisque laudibus ,  
quam hæreditarijs diuitijs generosi filij ,  
ac nepotes lætantur , quibus omni pa-  
trimonial præstantior hæreditas à patri-  
bus , autisque relictæ est virtutis , rerum  
que gestarum gloria . Paternæ enim ,  
autisque gloriæ recordatione ad imita-  
tionem , emulationemq; generosa pro-  
genies accendi solet . Philippi Macedo-  
num Regis gloria Alexandrum filium ,  
Maioris Africani trophæa Minorem  
Africanum , Iulij Cæsaris triumphi  
Octavianum Cæsarem excitatunt . Pyr-  
rhus Achilleides animosus imagine pa-  
tris fuisse dicitur . L. Cassium Longi-  
num , Tacito teste , gentis sua Cassiæ fa-  
ma per orbem terrarum ad Parthos ,  
Scythasque peruagata ad militaris disci-  
plinæ gloriæ iurisprudentiæ famæ ad-  
dendam

dendam inflammabat . P. Scipio ; &  
Q. Fabius cum maiorum suorum , he-  
roumque aliorum imagines intueban-  
tur ad virtutem quammaxime se inflam-  
mari dicebant . C. Iulius Cæsar inspecta  
Alexandri Magni imagine , face mentis  
honestæ gloria accenius apud amicos  
conquerebatur , se ea ætate nihil adhuc  
præclarum , aut memorabile gessisse ;  
qua Macedonum Rex totum fere or-  
bem imperio suo armis subegerat . Ale-  
xandrum Magnum Liberi patris triun-  
phi , Themistoclem Milciadis trophæa  
dormire non patiebantur , & quasi ad-  
moti stimuli ad comparandam sibi re-  
bus præclare gestis famam impule-  
runt . Si externi , nulloque nobis san-  
guinis vinculo coniuncti viri rerum sua-  
rum , ac famæ magnitudine generosis  
animis ad virtutis amorem , ac studium  
aculeos infigunt ; quanto magis dome-  
stica heroum exempla ad virtutis ar-  
duum iter percurrentum eosdem exci-  
tabunt ? Sola animos , mentemque peruris  
gloria fax mentis honestæ , Virtutis co-  
mes , Téporis alumna , æternitatis ami-  
ca , illustriumque operum lux præclaris-  
sima . Hæc vera nobilitas , hæreditasq;  
à præclaris parentibus in filios deduci-  
tur .

tur, in prolem transcurrit gratia patrum,  
quibus similes euadunt plerunque libe-  
ri, quemadmodum emanant similes for-  
tibus suis aquæ, non imbellies generant  
Aquila columbas, nec pauidos gignunt  
agnos fului Leones. Iupiter Herculem,  
Pirithum Achilles genuisse dicitur,  
A maioribus suis virtutum exempla mi-  
nores accipiunt, eorumq; vestigijs ple-  
rumque insistunt. Ideo Troianorum  
Princeps Aeneas Ascanium filium huius-  
modi verbis hortabatur.

*Disce puer virtutē ex me, verumq; labore  
Tu facito, mox cū matura adoleuerit etas,  
Sis memor, & te animo repetentem exem-  
plu tuorum,*

*Et pater Aeneas, & duunculus excites  
Hector.*

Idem Aeneas sibi genus ab Ioue Summo  
esse dicebat, Ajax Telamonis filius, &  
Seruius Sulpicius Romanorum Imper-  
ator Septimus paternam originem à  
Ioue deducebant; Achilles à Tethide  
Maris Dea; Alexander Magnus ab  
Ammonio Ioue se genitum gloriaba-  
tur. Romanorum Oratorum Princeps  
Tullius Seruum Tullium Romanorum  
Regem gentilem suum appellabat,  
quam humiliores homines, (inquit  
ille)

ille) in alienum eiusdem nominis infun-  
duntur genus, vt si ego me à M. Tullio  
Longo esse dicarem, qui patricius Consul  
cum Seruio Sulpicio anno decimo post ex-  
actos Reges fuit. P. Cornelius Scipio  
Nasica Senator grauissimus, Liuio teste,  
publicè orationem habuit plenam veris de-  
coribus non communiter Cornelia gentis,  
sed propria familia sua. Cornelia Sem-  
proniorum Gracchorum mater paternos,  
autosq; triumphos in dore nu-  
merabat. Multum enim uero refert à  
quibus quis parentibus ortus sit, quos  
maiores habuerit; est enim, vt Diuina  
Sapientia docet, gloria hominis ex hono-  
re patris sui, & contumelia filii pater sine  
honore. Laudemus, ait Ecclesiastes, vi-  
ros gloriofos, & parentes nostros in genera-  
tione sua; omnes enim isti in generationi-  
bus suis gentis sue gloriam adepti sunt. Lu-  
douicus secundus huius nominis Imper-  
ator Augustus in Epistola ad Basilium  
Orientis Principem scripta, per patres,  
inquit, nos, non per filios conuenimus ho-  
norari, & apud nos gloria non à filiis ad  
parem, sed a patribus in filios deriuatur.  
Magnus ille Mosaicæ legis propugna-  
tor, & vindicta Matthias Macchabeos  
filios ad paternæ, autemque virtutis emu-  
lationem

lationem exhortans dicebat. O filij am-  
latores estote legis, & date animas vestras  
pro testamento patrum, & mementore ope-  
rum patrum vestrorum, quæ fecerunt in  
generationibus suis, & accipietis gloriam  
magnam, & nomen eternum. Qui do-  
mesticis maiorum exemplis abundant,  
quorum virtutes imitari possunt, non est  
cur aliena, externaque æmulentur.  
Nempe eos, qui vberriimos agros, ac  
ditissima prædia à parentibus, ausique  
sibi relicta possident, dedecet alienis  
agris insudare, & in alienam messem  
falcem iacere, quibus domesticæ gloriae  
seges abundè sufficit. Charitatis autem  
ordo exposcit, ut nostros primum, deinde  
alienos, exteriosque amemus, &  
quocunque modo possumus, adiuue-  
mus, honoremus, celebremus. Hoc &  
Sanctissimi viri S. Ambrosius Mediola-  
ni Antistes, & D. Gregorius Nazianze-  
nus, ut cæteros fileam, fecerunt; ille Sa-  
tyrum fratrem suum, hic Cesarium fra-  
trem, Gorgoniam sororem, & supersti-  
tes parentes orationibus publicè lauda-  
uit. D. Monicæ Matris suæ gesta D. Au-  
gustinus scriptis consignavit, ut sic vel  
mortuam honoraret pauentem, quæ bis  
illum pepererat. Libet hic Theologo-  
rum

rum Principis, magni, inquam Gregorii  
Nazianzeni verba afferre, quibus do-  
mesticorum, nedum gentilium laudes  
prædicandas esse sapientissime in fore-  
ris sue laudatione ostendit. Sororem  
laudans, inquit, domestica prædicabo,  
non tamen quia domestica, ideo falso; sed  
quia vera; ideo laudabiliter; vera autem  
non modo, quia iusta, verum etiam quia  
nota: proinde, nec quicquid alienum est  
laudeatur, si iniquum sit; nec quicquid pro-  
prium, & domesticum est contemnatur, si  
honestum, si eximium: ne alioquin & illæ  
lucre sit alienum esse, & huic propinquas  
destituimus cedat: utrinque enim aqui-  
taris ratio laderetur, si & illi laude affice-  
rentur, & hi silentio premerentur. Illud  
autem omnium absurdissimum fuerit, si  
cum propinquos aliqua re fraudare, vel  
conuictis incassere, vel accusare, vel quo-  
quo modominimè pium esse censeamus; im-  
mos scelus illud, quod in homines genere  
conuictissimos perpetratur, omnium ma-  
ximum iudicemus, oratione tamen eos  
fraudantes (que bonis viris maximè de-  
betur) & per quam eorum memoriam im-  
mortalem reddere queamus, qui aliquid  
nos facere arbitremur, maioremque im-  
proborum, qui nos ad gratiam loqui crimi-  
nauerint;

natur, quam bonorum, quā meritas laudes exponunt, rationem habeamus; cumque nos ab exterorum laudibus predicanis ea causa deterret, quod eorum virtus nobis haudquam perspecta, & testata sit, (quoniam id multo equius fuerat,) amicitia tamen, ac subeunda multorum inuidia meus nos impeditat, quo minus nos laudemus. Eoque porissimum, qui extreum vita diem clauerunt; a quibus gratiam inire studere, nimis iam scrupuli: quippe qui, ut alia omnia, ita laudatores etiam, & vituperatores reliquerunt. Hæc Magnus ille Ecclesiæ Doctor Nazianzenus. Hinc vides pessimum, ac detestandum ingratiani animi vitium esse propinquos, ac gentiles de nobis bencemeritos in obliuionis, ac silentij tenebris relinquere; Hæc quicunque recta iudicij trutina perpenderit, haud proculdubio vitio mihi vertet, quod in Soterijs meis, atque in Anthologia Historica Diuorum Heroumque Longorum laudes breuiter attigerim; maximè, cum id tempus, res, & grati animi ratio postulauerit. Neque ego me mea, sed aliena, quibus non gloriari, sed magis confundi debeo, ad Dei gloriam conscribere profiteor. *Valeat.*

DOC-

Doctissimorum Virorum iudicia.

# F. ANGELICI

APROSII VINTIMIGLIA  
Ordinis Eremitarum D. Augustini in  
Athenis Italicis.

**L**AVRENTIVS Longus Congregar. Somaseha Sacerdos missi familiaris, Anno els Ic III. Kal. Novembris natus Parma sub optimis praceptoribus in Academia, & patrio Gymnasio omnium liberalium artium cursu perfecto, publicè Doctorum Laurea est decoratus. Linguarum Latina, Greca, necnon Hebraica studioſus, Literaria Encyclopediæ, & Literatorum amansimus fuit: quorū doctrina, consilio, ac familiari consuetudine uisus est. Inter alios coluit Iosephum Blancanum praeceptorem suum in Mathematicis facultatibus, Marium Bertinum, Nicolaum Cabauum, Bernardam Casinum, Leonem Sanctum, Franciscum Remundum, Famianum Stradam, Tarquinium Gallurum, Jacobum Bidermannum, Angelum Gallucciū, Christophorū Scheinerum, Alexandrum Donatum, Ioannem Baptistam Ferrarium, Ioan. Bapt. Guerenghiū, Ioannem Ciampolum, Alexandrum Tassonum, Fulium Testium, Augustinum Mafcardum, Petrum Franciscum

Pau-

**Paulium**, **Hieronymum Aleandrum Iuniorum**.  
**Bartholomeum Tortoletum**, **Ludouicum Blan-**  
**chium**, **Fortunianum Sanuitalem**, **Antonium**  
**Brunum**, **Aleandrum Sperelium**, **Geor-**  
**gium Polacchum**, **Marcellum Megalium**, **Pे-**  
**trum Michaelium**, **Scipionem Henricum**, **Ia-**  
**cobum Pighettum**. & alios, qui hoc seculum  
scriptis, & ingenio illustrarunt. Vir ad omnia  
natus in Heroico carmine modò poetica Sireno-  
phoenicem Virgilium, modò generosissimum poe-  
tarum Statum, modò obeantis iam eloquentia  
Romane postremum fulgorem Claudioianum, in  
Elegiaco ingeniosissimum Elegiactorum Princi-  
pem Ouidium in conscribenda Historia latèam  
ubertatem Liuij facilitate, ac claritate laudata  
emulatus est. Veterum Scriptorum elegantiam,  
recentiorum sales, & aculeatas sententias con-  
iungens multa scriptis, quorum hic syllabus.  
*Vindicta Oratione.*  
Ireneidos, i. de Bello, & Pace Italij. lib. xx.  
Rupelleidos. i. de raccpta Rupella, ac de  
triumphata rebellione in Gallia a Ludoui-  
co XIII. Francorum Rege libri xii.  
Vesuviados, hoc est de incendio Vesuuii  
notissimo lib. ix. SOTERIA PARTHE-  
NOPEA, Veneta, ac Laurentalia, Chri-  
stiaidos lib. ix. Atestiados lib. iii. Amphithe-  
atreum Poeticum, Latinum, & Hetru-  
scum. Psalmodia Davidica Thusca Para-  
phasi, ac Poesi redditia, Aphorismi saluta-  
res. *Soluta Oratione*, Breuiarium Morale,  
Theologiae Moralis Compendium. Antho-  
logia Historica, Virorum illustrium Elogia,

Ta-

Tabulæ Salutares, Orationes Variae, ac  
Prælectiones Academicæ. De Obedien-  
tia in omni vita statu præstanta libri viii.  
Antidotarium Morale. Iris, Spheœra, & alia.  
Viuit, valetq; & in dies nona meditatur, ut de  
eo illud Horatiarum de Q. Cassio Longo Poeta  
Parmensi dictum possim usurpare, ac  
scribere, quod Cassi Parmentis opuscula vincat.

---

R. P. Laurentio Longo. P.P.S.S.

Benedictus Mariottus S. P. D.

**V**ideo ea cum iucunditate, qua sole amico-  
rum munera, & lucubrations Desitorum  
Soteria Tua, quibus Cœlum ad noua prouocas  
dona, dum accepera libas tam pie, & vita mor-  
talibus fœneras in suis carminibus immora-  
lem. Sed quid mortalibus dixi i angustis ar-  
bareur finibus virtus lauri tua se viventes à  
fulminibus mortis protegeret, nec vita funestos  
restitueret vite, septos tenebris in lucem offere-  
ret. Arcesserit igitur non tamē trans Coey-  
cum traduxerit Eurydicem Orpheus, quem sil-  
lus sequebantur, & amnes i cum tu tot heros  
erectos è vorticibus Lethe tyrorum luci reddas.  
& fama: ut quos exesis iam titulis racabane  
marmora, & corosis gestarum monumentis re-  
rum obscurè loquebantur litera suis per te rece-  
pis insignibus, bonoque positis in lumine suspi-  
ciantur ab omnibus, linguis omnium laudentur.

Gra-

**G**ratulor igitur tibi tam illustria de morte, de  
obliuione trophya. Iam enim tu te cognosces,  
quam longum tibi tua lauri virescent, per quas  
rediuimus in omne tempus vernabit Longorum  
procerum laus. & quam nobilis laurea te ma-  
neat, qui tot coelestium heroum laureas panegy-  
ricis gemmis ornasti. Sic plane tempus cogitur  
nostra perennitati seruire: sic poesi ad inicia-  
menta virtutis, & hymnos Calitum inuenta  
dignitatem recuperas suam. Sic demum lyra  
non ad infructuosas Babylonis salices, sed vita-  
lis arboris ad ramos appenditur, cuius ne dum  
fructus, & folia, sed umbra conferunt ad sani-  
tatem. Perge igitur, ita de nobilitate, de literis  
de religione bene mereri, tuamque illam heroici  
carminis tubam prope Meonis parem infla  
in epinicia Augiissimae Poloniae Regis. Me etiam  
pedestri saltu Musa succentorem habebis. &  
acclamations non Italia solum, sed Europa to-  
tius supplices illi ad superos tendentes manus ti-  
bi conciliabis. Interim vero tuam tibi pietatem,  
ac decus ex animo gratulans de accepero libelli  
munere, & noua benivolentia tua confirmatio-  
ne quam maximas possum gratias ago maiores  
habiturus. Valeas.

Venetij Käl. Decembris 1643.



D. Bal-

**D.** Balthasaris Bonifacij Archidiaconi  
Taruifini Poetæ præstantissimi in  
**SOTERIA LAVRENTALIA**  
**LAVRENTII LONGI C.R.S.**  
Doct. Parm.

### EPIGRAMMA.

**Q**VÆ tenet aequato binas examine lances  
Pro Solio dorsum Virgo Leonis habens.  
Facundi postquam Longi Soteria legi  
Elogium sacro protulit ore breve.  
Optata fuerit signum pentalpha Salutis  
Antiochæ Simplex est mihi Lambda Salus.  
Iure suos celebrat quos cinctus tempora lauro  
Heros Vates, Musa vetatque mori.  
Ade Salutari Longo stant ordine Longi  
Verbo, & re proceres, hinc mihi Longa Salus.

---

R. P. D. Caroli Seraphini Raymundi  
C. R. S.

### EPIGRAMMA.

**P**rodit io merita redimitum fronde volumen,  
Sospitat auctoris Laurus, & ornat opus.  
I nunc lingua procax liuoris, & exore fulmen:  
Non habet in lauro fulminis ira locum.  
Audeat & fulmen, dios affabit honores;  
Fulmina que tangunt fana profana, sacrant.

R. P.

R. P. Georgij Rotini C. R. S.

### EPIGRAMMA.

**V**otuli Ismarius quondam dulcedine Vates  
Auritis traxit sacra reuulsa iugis.  
Altius habebat validis subnixa columnis  
Aedes, quam sacris gens operata colit.  
Hanc animat cantu, parcum per vota Salutem  
Dum resonis Longus tollit in astra modis.  
Seferet hinc varias late dum Musa per oras,  
Demula quis ferri limina sacra neget?

Aliud eiusdem.

**F**irmatis surgis iam demum viribus ager,  
Virginea Longus surgere iussus ope.  
Mox sua patrona soluit Soteria dextra,  
Et miro excultum carmino pangit opus.  
Quae tulit imbelli reparatrix Virgo Salutem.  
Hac puto scribenti Diuina magistra fuit.

R. P. Hiacynchi Mutij C. R. S.

### EPIGRAMMA.

**C**ommigrant Logi renocate in corpora vires,  
Virginea cedunt fata repulsa manu  
Calitus illapso mox illum suscitat astro,  
Debita pro meritis carmina & ille canit.  
Quis mihi tā geminas obtrudat Apollinis artos,  
Virgo crevit vatem, Virgo medendo innat.

## OTERIA

### AVRENTALIA.

### AVRENTII LONGI

C. R. C. S.

## MARIAE

### AVRENTIÆ LONGÆ

PVCCINARVM VIRGINVM  
Institutrici, & Antislute,  
NODOCHIORVM,  
Coenobiorum, ac Templorum  
Fundatrici.

NCTITATE, MIRACVLIS,  
unitatum gratia, & Prophetæ dono  
illustri ob receptam Salutem Tuteletari,  
ac solspitæ Diuæ. D.D.D.



R. P. Georgij Rotini C. R. S.

### EPIGRAMMA.

Vocali Ismarius quondam dulcedine Vates  
Auris traxit saxa reuulsa iugis.  
Altius habebat validis subnixa columnis  
Aedes, quam sacris gens operata colit.  
Hanc animat cantu, partam per vota Salutem  
Dum resonis Longus tollit in astra modis.  
Seferet hinc varias late dum Musa per oras,  
Ac mula quis ferri limina sacra neget?

Aliud eiusdem.

Firmatis surgit iam densum viribus ager,  
Virginea Longus surgere iussus ope.  
Mox sua patrona soluit Soteria dextra,  
Et miro excultum carmine pangit opus.  
Quae tulit imbelli reparatrix Virgo Salutem.  
Hac puto scribenis Diua magistra fuit.

R. P. Hiacynthi Mutij C. R. S.

### EPIGRAMMA.

Commigrant Logi renocata in corpora vires,  
Virginea cedunt fata repulsa manu  
Calitus illapso mox illum suscitat astro,  
Debita pro meritis carmina & illo canit.  
Quis mihi tamen geminas obtrudat Apollinis artes,  
Virgo creas vatem, Virgo medendo innunc.

SOTERIA

LAVRENTALIA.

LAVRENTII LONGI

C. R. C. S.

D. M A R I Æ

LAVRENTIÆ LONGÆ

CAPUCCINARVM VIRGINVM

Institutrici, & Antistitæ,

XENODOCHIORVM,

Coenobiorum, ac Templorum

Fundatrici.

SANCTITATE, MIRACVLIS,

Sanitatum gratia & Prophetiae dono  
illustri ob receptam Salutem Tutelari,  
ac hospitæ Diuae. D.D.D.



INGONI TAVRELLI PARMEN.  
Doctoris Philol. Theol. ac I. V.P.

SOTERIORVM LAVENTALIVM.

ARGUMENTVM.

 *Orripitur morbo, dum spectat ab ade  
Salutis  
Adriace Longus solemnia gentis, &  
Vrbis  
Principium; resert, qua Christus ad ethera luce  
Ascendit; Musa egrotum solantur amicum,  
Cui data nil prosunt medicamina, scelataq; vena,  
Calliope suadet patienter ferre dolores,  
Ut tulit ardentes Martyr Laurentius ignes.  
Hunc sed opem superum iubet implorare Thalia  
Exemplo Diua cognominis, atque Longa  
Mira resert; ager paret, precibusque salutem  
Imperat, hance Deus Longa poscente roganti  
Demittit Longo, subito qui sanus ab illa  
Factus agit Diua tanto pro manere grates.*



L A V -

  
LAVENTII  
LONGI  
PARMENSIS.

SOTERIORVM.

LAVENTALIVM.

Lib. I.



*I quot membra mihi, totidem sint ora  
canenti,  
Membrisque tonent centum si guttura  
linguis,*

*Sique nouem fac & pandant Heliconia Musa  
Antra mibi rotum spirent si pectora Pindum  
Aonij facunda modis, Phabique furore  
Ebris fatidicos moueant in carmina sensus,  
Namquam Diua tibi Laurentia Longa referre,  
Quas habeo dignas valeam pro munere grates  
Quotque salus meritisque tuis, precibusq; recepta  
Exigit arca lues quam debacchata per artus  
Abstulerat, requiemque diu, noctuque negabat.  
At mibi nunc morbi primas ab origine causas,  
Auxilioque tuo reparatam, Diua, Salutem.*

A 2 Anno

Annus pandenti , nec dediti gare canentem  
 Illius insignis spectacula clara dici  
 Quodam spectarem , merito correptus acerbo  
 Decubui : fer opem nostris ago Diana Camenis  
 Omnia namque tibi celo diuina tueri  
 Ora patent , speculo veluti perspecta nitenti .  
 Que spectasse tibi quandam mortalibus oris  
 Degeniti licuit , propius nunc , luce perenni  
 Dum frueris , spectas , subiectaq; sydera calcas .  
 Effectus varios rebus producit in imis  
 Astrorum varius concursus , sive maligno  
 Siu bono aspectu coeant , influxibus orbem  
 Diuersis agitant , mortalia membra calore  
 Sepius accendent ; nuperque infusa fuerunt  
 Astra mihi , ut quandam lethali noxia morbo .  
 Cheligeri signo , quod brachia contrahit , ardens  
 Lumine syderei , nostroque resulst in ortu .  
 Cum Ioue , Mercurio , Saturno , ac Sole Draconis  
 Cœlestis feriente caput , noctemque fugante ,  
 ( Bis octona super dum secula November iniret  
 Teritus ) oppositusstellantia cornua Taurus  
 Obuerit cum Sole mihi generante calores  
 Insolitos , et quoque furens me Corniger hostis  
 Vere nouo strauit lethalibus istibus , egrum  
 Reddidit ; ingratoque thoro dare membra cogit .  
 Sive infusa mihi per lustrans sidera Tauri  
 Callidus , ingenuis qui presidet artibus Hermes  
 In mea fata truces virga concinuerat angues .  
 Interpres diuum , qua pacem ferre solebat ,  
 Bella inimica mihi , supremaque fata parabat .  
 Sive labor studijs impensus Pallade scua ,  
 Mercurio inuito , qui fauerat ante , furento  
 Membra calore mihi , nimiq; accenderat estu ,

Meque

Meque Dianaq; intentum forte legendis ,  
 Quas morum Doctrina refert , oracula parrum .  
 Ponitcumque scita inbent , Diana furenti  
 Accedens Tauro spectabat lunine toruo .  
 Humorumque mei quos corporis integra iunxit  
 Temparies , canibus velut olim Adonis morsu  
 Permisit miserè laniandum , febris adusus  
 Per mea mœbra sitim confluuerat ardor anhelæ .  
 Quam non Castalia poterant extingue lymphæ .  
 Bellophon ai non limpida vena liquoris .  
 Vel Deus astrorum summus moderator , & author  
 Qui regit Imperio terras , pelagiisque tumentis  
 Aquora , qui vitas hominum pecudū gubernat ,  
 Ut me corripere per denia forte vagantem ,  
 Errantemque graui percussit vulnere corpus ,  
 Ut sanaret amans mortem , quam condidit , agræ .  
 Mo vel ut immoritur spoliare lumine vite ,  
 Quam dedit , & tortes diu a genitricis amore  
 Reddidit cripiens letchi de fauicibus agrum ;  
 Cum spos nulla mihi vita supresset habenda .  
 Sic mini Diuina Triadis sacra templo colent ,  
 Conigit , Adriacum qua fluctibus alluit urbem  
 Pontus , & instabilis fortuna volubilis astu  
 Alterna fluctus , solidoque ad sidera faxo  
 Sacra salutaris consurgit Virginis ædes .  
 Hanc Veneti struxere patres , ubi postea frigata ,  
 Innameros homines qua iam demiseraat Orco ,  
 Reddiderat optatam reliquias pia virgo salutem .  
 Inde trahit nomen templum sublime , quod undis  
 Imminet Adriaticis , celsaque minatur Olympo ,  
 Huc ego per cochleas multis comitatus amicis  
 Conscendi cupidus sacre spectacula pompe  
 Spectandi festa qua Christi luce triumphus

A 3 Sidera

Sidera scandentis Veneta celebratur in urbe,  
 Adriaci Regina maris cum velta superba  
 Nave, nibil totus qua vidit pulchrius orbis,  
 Annus Neptuno sponsalia prebet amanti,  
 Illo namque die rofes ubi recta quadrigis  
 Titoni coniux rutilantia proculis ora,  
 Phœbus ab Oceano cyrrus eduxit Eos,  
 Et lucem meliore coma diffudit Olympo,  
 Alta salutaris tergi sagittigia templi,  
 O quam rara meis hic, & pulcherrima rerum  
 Obiecta est species oculis, subiecta tuebar  
 Manis, qua Babylon stupet, qua barbara Memphis  
 Miretur, clauso Romeque potentia Iano.  
 Hinc ego subiectis desigens lumina rectis  
 Innumeras eades medijs consurgere ab undis  
 Spectabam, delubra Deum, sora plena tumultu,  
 Concursuque hominum, fundata palatia ponto  
 Aemula cœlicolum templis, naualia, pontes,  
 Maenbris viros intercurrentibus orbis  
 Impositos, inter quos Riu maximus alto  
 Imminet, neque domos ingenti sustinet arcu  
 Pons opere insignis, ripamque amplexus viraque,  
 Fluminis, hic cunctis calcatur gentibus alie,  
 Sit olim summo Tartere et vertice Saxi,  
 Obsessam Gallis ubi Longus ab hostibus arcem  
 Sulpicius iutatus erat, celebrata Quiritum  
 Monia cernebam, prisorum templam Deorum,  
 Pantheon Agrippæ, Marcelli in monte theatrum,  
 Tunc ubi degebam, magnis habitata Sabellis  
 Tellis, triumphales arches, veteresque columnas,  
 Pyramidesque, Tybri quas Nilus misit, & alta  
 Amphitentra Titi, mundi miracula, Theras,  
 Mausolea, Vrbis vestigia prisa, ruinas,

Act

Aet Hadriana illie moles, hic Adria multo  
 Me magis oblectat, Latij nec molibus Aedes  
 Adriæ cedunt, primæ nec Roma secunda,  
 Vrbis superi Regina maris, rediuita Quiritum  
 Est ubi libertas longum dominata per annum,  
 Hæc ego spectabam summo de vertice templi,  
 Solis ad ardentes radios sub regmine nullo  
 Membra calore coquens lethalis semina morbi,  
 Qui mihi prima tulit. Comiti me multa roganti,  
 Visere qui Venetam peregrinat urbem  
 Illius & festi solemnia facere diei,  
 Narrabam Venetas primordia gentis, & Vrbis.  
 Gens hac, aiebam, Troiano sanguine creta  
 Romuleoque venit, quis condidit ista profundo  
 Aemula Dardania Neptunia pergama Trois.  
 Sparserat Iliacum fatum miserabile quandam  
 Per varias terras, diuera per aquora, gentem.  
 Hinc alias alij diuum responsa secuti  
 Sortiti terras, gelido pars una sub axe  
 Constitit, hi Libyam profugi petiere calentem,  
 Hesperias illi sedes maioribus alti  
 Auspicij, sed Laurenti in lictore victor.  
 Dux Anchisiades Romani sanguinis author.  
 Undinagam sed qua complectitur Adria Tethim  
 Extremus refluis & circumtundit undis,  
 Trois Anthenor lapsus per tela, per ignes  
 Argolicos, poruit fontem superare Timau,  
 Medoacique vadum, tutaque quiescere terra.  
 Hinc Silis, inde rapax Athesis qua fertur in aquor.  
 Huc igitur venit, sed non Sigcia tantum  
 Dardanij sunt signa viri, Regemque secuti,  
 Ipsa via comites dederat, sociosque laborum  
 Euentus Fortuna parens, quos Cromnia mister

A 4 Misera

Miserat ad Troiam Venetos, post pergam flāmis  
 Combusta Argolicis, proprijsque sepulta ruinis,  
 Sed Troas Phrygia quos ille abduxit ab Ida,  
 Quosque dedit Scythicis vndis obiecta Carambis  
 Communi Venetos iussit. Dux nomine dici,  
 Et Venetam terram, fuerat qua Marte potitus,  
 Euganeis pulsis Alcidū sanguine claris  
 Ast tandem Venetis Romana potentia vicit  
 Imposuit leges, Latij Venetasque colonis  
 Implevit terras, Romanis ciuiibus Vrbes.  
 Quos septem geminis eductos collibus, oras  
 Ut captas coerent, tandem furor impulit Hunus,  
 Italia exiitum minitans tellure relicta  
 Adriacos penetrare sinus, urbemq; marmis  
 Fluitibus hostiles contra molirior antus  
 Cladibus horrendis iam deformata iacebat  
 Italia Hunnorum facibus, belloque cruento,  
 Imploratq; Dei formidine cuncte flagellum  
 Attila, qui gelida populos eduxerat Arcto,  
 Rhipheis excissa iugis vis Hunnia ferro  
 Ac flammis passim vastabant, & oppida & urbes  
 Iaq; Aquileia potes, placidasq; Limenis ad vndas  
 Excederat Scythicis pinguis Cōcordia flāmis  
 Altinumque vetus, dolēque Anthonoris arces,  
 Tam vicina freto tellus, & nobile littus  
 Barbaris merum facibus, tristique fauilla  
 Sparserat Aeneadas, Venetosque in stagna colonos,  
 Flebat Amyclei cultus spoliata Timauit  
 Nais, & invisos querebat condere fletus  
 Damnatis Cilina vadis, his questibus ibat  
 Mæta per arua Sillis, viduisque Ligurentia cāpis.  
 Sed lacrymis posuere modum, mæsiisque querelis,  
 Qui nitidi venerē diez, vultuque sereno

Risit

Risit uterque Polus, medijs cum blanda sedentem  
 Exceptit Fortuna sinu, que cessarat ante  
 Aufonijs inuita plagis, & ab urbe Quirini,  
 Imperij cum pompa vetus nomenque Latini  
 Odrysias Latio presserum pondere terras,  
 Byzanti claram qua Bosporus alluit urbem,  
 Hic ubi in Adriaco sedet insula multa recessu,  
 Qua Dorim infusam circum, atque vagantem  
 Littus ab insano fluctu tutatur, & Austro  
 Huc simul iratum presentit Nerea Tethis,  
 Nymphaarum comitata choro se proripit alto,  
 Glaucaque furiuo complectens fluminis vexu  
 Äquoreas vndas vlero fluminalibus vndis  
 Miscer, & ignoto generat noua pignora furio  
 Nuda erat hac terre facies, qua stagna refusa  
 Neptuni placido cingebant äquore, nonaud  
 Fluitibus extabant confracta palatia, & ades.  
 Aerea nec celsa feriebant Sydera turres,  
 Stagnanti non villa freto naualia, rari hic  
 Remorum pulsus, & rara celestina nauium;  
 Seabis his hospes pallam succincta scudat  
 Exceptura nouos felix Fortuna colonos;  
 Hos ubi vicinis prospexit ab urbibus actos,  
 Desertoque solo medio sibi querere ponto  
 Effugia, arridens se se venientibus offert.  
 Pronaq; in amplexus ambas simul explicit uinas  
 Excipiens profugos gremio, pergitque fouare  
 His suaderque locis stabiles sibi ponere sedes,  
 Mansuramq; urbem, quam non euertere possit  
 Barbarus Hunus, atrox Geta, Longobaraq; turbu  
 Hueque suos conserre lares, pro m̄nibus vnda  
 Sit maris, aduersis se quis gens irruat armis,  
 Damnatas roties bellorum casibus urbes

A 5 Ne

Ne repenantstoto cingant sed limina ponto,  
 Fas ubi perpetuo sit libera iura tueri;  
 Erexit Fortuna animos horante iuuentus,  
 Consiliumq; probat: iam iā mēs omnibus una est,  
 Deserere infaustas terras, in fluctibus urbem  
 Condere, & Adriaco Neptuni fidere regno.  
 Conuenere viri Romano sanguine clari  
 Ad Venetas quos Roma parens iam miserat oras  
 Insignes pietate, armis, titulisque decoros,  
 Quorum progenies veterum cognomina seruant.  
 Hic Semproniana Longi, Galbaque, Quirini  
 Sulpicia de gente sati, Ionis inclita proles.  
 Cassia quoq; tulit soboles, Mauriq; Nigriq;  
 Et quibus Alba siuum dederat cognomen, auosq;  
 Tronigenas, Claudique genus Marcellus, & alta  
 Scipiadum soboles Cornelij, & Aemiliani,  
 Pisones, Zeni quoq; gens Calpurnia misit,  
 Lollini, Calbi, Memmi, qui Mnophæa gentis  
 Authorem referunt Troiani principis unum  
 Ex socijs, retinens Michælis Antica nomen.  
 Gens, Coriolani genti exinde Veturia Martis,  
 Publicola. Valerique domus, quoq; Aelia misit  
 Donatos, Mariâ Celsi d'gente creati,  
 Basilij, Metij, Bolani, nomen Iuli  
 Productum quincunq; tenent, minuuntq; Comini,  
 Iunia progenies Brutus, Pompeia Magni,  
 Atque Ambenoridas quoq; Vicetia mater,  
 Ac Verona tulit nec non Aquileia tuius,  
 Adria, & Alinium, Concordia, Aesteq; misit.  
 Hi Venetam primi versi ex omnibus urbem  
 Manibus, Aeneads que iam coluere Quirites  
 Adriaco vicina mari struxere, palustri  
 Fundamenta solo primum posuere, salaque.

Viginis

Virginis auspicioj Marie, qua luce Tonantem  
 Involuta parens puro concepit in alio.  
 Cum Sacer Aerberois delapsus spiritus astris  
 Numine casta pia complevit viscera matris,  
 Panderet auratis Aries dum cornibus annum,  
 Cunctaque conuexi summo de cardino Cœli  
 Lustravet Phœbus Pryxæs velleris astro,  
 Aequaretq; diem nocti, lucemq; tenebris.  
 Cessat officium contraria Libra vicissem.  
 Merfabaque iugum meditanti prelia Marti  
 Proximas cum Veneris sydis ferrotur eodem,  
 Quo Phœbus, signo, rectusque in parte fauere  
 Iuppiter undecima fulgentis passionis astri.  
 Rectus & octaua Cyllenius, vndeque signis  
 Opposta alterno spectantibus ora fauore.  
 Vernabat placidum Zephyrus mulcentibus aquor,  
 Sydereque poli se se runc mollibus horis  
 Induerant, ornans vario se Terra colore,  
 Floreque certabat Cœli radianzibus astris,  
 Tunc erat astrorum felix concordia, & anni  
 Temporis, quando cœli stipante corona  
 Dardanidum stetit ille palam venerabilis ordo,  
 Et Rivo templa posuit fundamenta in alto  
 Non angus lituo innixus trabeaque decorus,  
 Obseruavit ares, extisque admotus aruspex,  
 Sed pius in nunc spectabilus vestre sacraulos  
 Hic posuit primum lapidem, superisq; litauit  
 Bis terrena vago, quis cingitur insula, ponto  
 Aestibus impleri caput, tot castra putares  
 Disponi, & vastis simul oppida surgere campis,  
 Tali erat mundi primum nascens origo,  
 Hac Cœli facies, manes ergo sines verumque  
 Idem principium par orbis, & urbis idem.

A 6 Hec

Hec Aquileia tuis, velut Alba & Roma ruinis  
 Crenuit, ut Iliacis surrexit ab ignibus Alba,  
 Hic sub consulibus Republica nata Tribunos,  
 Ut Romana iulit Troiani sanguinis haeres  
 Hec decus Italia Veneti Venus altera ponti  
 Libertatis apex, fidei firmumque labantis  
 Presidium, quod nulla dies violabit, & qui  
 Nullo unquam casu poterit violare vetustas,  
 Non nisi conuulso terrarum corruet orbe,  
 Nec nisi cum diris flammabat ab ignibus aether,  
 Nam velut orta Venus pelagi summatibus undis  
 Vulcani flamas, Martisq; incendia temnit.  
 Nec crinem metuit mutantis regna Cometa,  
 Non cœli fulmen, non terra murmura, motus,  
 Non pelagi fluctus, tempestisq; sonoras,  
 Nec patet insidijs, nullius obnoxia fraudi est  
 Hanc nequit effossi penetrare cuniculus antris,  
 Doricus hand ignis potuit consumere molem  
 Hanc, neq; Gotthorū rabies neq; Väddalus atrox,  
 Hunnorum nec dira manus, siensque cruoris  
 Attila, cuncta ruens nec Longobardæ tyramnis,  
 Non Ligures, non Turca ferox, Galliq; propinquis  
 Insultare vadis ausi, non Theutones armis,  
 Vrbs duodenaria suo numerat iam secula ab ortu,  
 Lustra quinuena, duos totidē cum messib; annos;  
 Ex quo prima salo fundamina iacta fuere,  
 Extructumque fuit templum sublime Iacobii  
 Quod primum Venetus Rivo construxit in alto  
 Ut Capitolina templum fundauit in arce  
 Romulus, & spolijs primus decorauit opimis.  
 Mox diuina Petrus pandens mysteria Rome,  
 Vel Mamertini clausus sub rupe sacrasuit,  
 Sed Petrus ut Latie, Veneta sic ultima in urbis  
 Patriae tenet templum, nomen cui Palladis a bor

Proxima

Proxima forte dedit, nascenti occurrere Phœbo  
 Cerne procul fanum, tepidoque afflari Euro.  
 Clauigeri senis est prima hic de marmore sedes.  
 Antiochë primum qua sedit in urbe, secundam  
 Roma colit cathedram, cuius nempo emula surgit  
 Vrbs Veneto fundata mari dein leua per undas  
 Lumina convertens longo pomeria ducta  
 Extremumque latus videos naualia circum  
 Caruleis pretentis vadis, & turribus alis;  
 Et muris munia manent, panduntq; recessum  
 Atque aptum portum redemibus equore nautis.  
 Iste locus terno flutus maris excipit alueo  
 Ore patens uno, gemina quos tuere superbis.  
 Presidio stabili munitum, ac milite multo;  
 Nec non ferrato calathatis obice portis  
 Subilio iungit duo propugnacula ponte  
 Indignantem maris refluis feruoribus astus.  
 Terna quoque in triples diuisa trichora recessus  
 Apparent alè regali condita sumptu;  
 In quibus artificis varij, varijq; labores,  
 Hic spectare rudes valeas longo ordine stantes  
 Pontibus aquata ter centum fronte carinas,  
 Quas seruant subicos inopini Martis ad usus  
 Quanta hic cogeries operum, quā magna rudetū  
 Materies vasta iacet hac contortolis aula.  
 Hic longos funes, transennas, carbafa cernas,  
 Velaq; Threiciam Boream vindictura, Notumq;  
 Structilibus congesta tholis vincosq; tenaces  
 Remorum confusi illuc spectantur acervi,  
 Multaque vulnicis telis, stipata recumbunt  
 Atria iecta super. Ni olim mentira vetustas  
 Esset vana Deos, seu hęc eraria Martis  
 Credere, & equore liceat penetralia Regis,

Tot

Tot gales, clypeique canit, tot protinus enses  
 Argolicas; potuere manus armare, Phrygasque  
 Ordine ibi pulero distincta, locoque decenti  
 Arma nitent longè, lateque capacibus aulis:  
 Talia dum logneret, bissonas ictibus horas  
 Indixere duo pulsantes ares gigantes,  
 Malleus artifios, quem dextera vibrabat vterque  
 Horas alienas signabat pulsibus aris.  
 Aspicio, mirorque foro, qua turris ad astra  
 Surgit, & ampla adeo, celso vi fastigia possint  
 Iumenta acclivi condescendere leniter astu.  
 Haec prope regale Venetorum Principis ades  
 Marmore ad solidum constructa palatia cerno,  
 Sacra quibus diui surgit contermina Marci  
 Aedes, qua nihil est toto pretiosius orbe,  
 Huius enim facies splendescit marmore, & auro,  
 Missuquo opere: hinc radiant fastigia Grajus  
 Artibus, & fulvo signis distincta metallo,  
 Multiplicisque tholus surgens restudino pendet.  
 Tercium nitidis ades stat fulta columnis,  
 Quas maculis varia distinguunt sine Laconum  
 Rupibus excisa fuerint, seu Stradiis antro,  
 Taygetinę ingis, nec non Corealis Hymetti  
 Marmora ibi uidens Lumenflos erata venis,  
 Queque metalliferis staccidit Iberia campis,  
 Quas distincta Phryges maculis misera cruenti,  
 Cuncte crispa Egyptus, linentia Lesbos.  
 Picturata Lybes, guttataque Thebas auro,  
 Alba Paros, maculosa Chios, variata Caryssos,  
 Ve scelerisque Thasos, rorataque murice Sidon,  
 Et Thiroz, & Miles Tyrros imitata rubores,  
 Et diuis Oebalio viridantia monte Lacones,  
 Auge coloratus spectans em pascit Ophites,

Vir-

Virgatique undant sinuosa volumina fluctus,  
 Quia pulcro Prasij laqueavia fornice saxis  
 Fulta, & mille locis emblemata mille colorum  
 Vermiculata loquar tabulas imitania pictas,  
 Arte figuratis insculpta toremata saxis?  
 Pro foribus templi simulacra rubebar equorum,  
 Et viuis similes ductos ex are iugales  
 Publica libertas quibus est signata, solutos,  
 Infreni & nullum mandentes ore lupatum,  
 Ardua queis cervix, caput acri, aurosq; micates,  
 Pregrandoe oculi, brenis alues, crispq; cauda,  
 Queis tuba sub saltans in fronte alludit, & armo  
 Luxuriantे toris, tergumque, & pectus obesum,  
 Spinaque lati duos diducit concava lumbos.  
 Spumosum mandamus eratis dentibus aurum,  
 Atque relutantes freno frenere ore videntur.  
 Indomitiq; furunt, generoseque colla reflectunt,  
 Acrius affurgunt pedibus, cursumque minantur:  
 Hic nihil, himnitum preter, sonitumque requiras,  
 Quem forte audires, posito si murmure veni  
 Immotus sineret tranquilla per equora fluctus  
 Talem Acta tuo Neptune impulsu tridente  
 Fudit equum tellus, tales dedit alia Corinthus,  
 Tales sculptis equos Calamis, positoque peritus  
 Praxiteles opus incepit sessore peregit.  
 Talem Pellao iuuent Lyttae dedisti,  
 Qui quondam magno sub Princeps cursibus acer  
 Sic oculos, sic ferre gradum, sic ora solebat.  
 Sustinet hac sacra sublimis porticus edis,  
 Quinq; fore sube, & sociem qui continet arcus  
 Vestibulumque sacri pandens penetralia templi,  
 Illinc Sidonio vestitos murice patres,  
 Purpureisque scolis claros exire videbam,

Regalig;

Regalique Ducem patrio cum syrmate pompa  
 Auratum cornu diademaq; instar habentem  
 Ire Senatorum magna preceunte caterva  
 Ad littus, dominamque Maris concèdere puppē.  
 Ante Sacerdotum graditut longissimus ordo  
 Diuinas sacris mulcentium laudibus aures  
 Arguit resonat cybals concentus, & oris  
 Mox acer litorum sonitus, clangorque tubarum.  
 Vexilla ante ducem discreta colore suruntur  
 Alba norans pacem, bellum depicta cruento  
 Purpureo, rutilum viola mentis colorem  
 Ceruleisque maris pacis sunt signa séquestra.  
 Eic ducibus Veneti vidi data munera quandam  
 Pontifice à summo sellam, puluinar, & ensim  
 Vmbellamq; auro rutilant hæc omnia fulo  
 Regum oratores inter grauitate severa  
 Dux vadit Veneta Franciscus Eritius urbis  
 Purpurei proceres illum patresque sequitur,  
 Ut litus tetigere maris, portunque paratum,  
 Ilicet Adriancam descendunt pontibus Argo  
 Cum paribus Princeps. Regumq; Ducūq; potētum  
 Legati, illustris pars non ingloria catus.  
 Celsa puppa sedet Princeps tabulata superna  
 Purpurei tenuere patres infernaque naues  
 Hi proni adductis fundine vada salsa lacertiis  
 Remorum aquato librantina, & aquora verrunt  
 Certatum, verso canescunt marmore fluitus  
 Et diducta crepant bridenti carula rostro.  
 Dux Bucentauro vehitur, Venetusq; Senatus.  
 Hinc, atque hinc illum gemina fl̄spante trivem;  
 Ad subitos motus armisque, virisque parata,  
 Qua diu surgit templum sublime Georgi  
 Quaque Somaschenum florent Gymnasia patrī

Conti-

Cötigua Antoni delubra in finibus urbis,  
 Qua circumfusis Caribusia lambiturn undis,  
 Qua procil urbe iacet non longo tramite tellus,  
 Nepruni qua frenar aquas, fluctusque tumentes  
 Frangit, & undisonas compescit caute procellas,  
 Ore fluentisno, quas turbidus Adria misceat  
 Cum ferus inclusos emisit carcere ventos  
 Aëlus, & laxis prorumpere iussit habens;  
 Prograditut nautis flammati murice scita  
 Qua geminis munita salum subit osia casbris,  
 Et raucis resonant tormenta tonantia bombis  
 Euebitur Princeps verrentibus aquora tonfis,  
 Virque alut tenue rates, & nobilis Argo  
 Incita remigibus salsa volat acta per undas,  
 Summaque celſarum rarescere viſa domorum  
 Culmina, & aeria sensim decrescere turves  
 Incipiunt, altis surgens Neptunus ab undis  
 Regiam pelagi venientem naue salutat,  
 Huic late egregium pulcro ducus enier ore,  
 Et blande crispat molles leuis aura capillos.  
 Nam neque cœſiem crinali stringere cultis,  
 Colla uic ornatu patitur mollire retorto,  
 Scimillanteq; genis ignes, tremulumq; per aquor  
 Irradiat nuce ſufus de petiore candor.  
 Hec qualis turrita Phrygum Berecyntia terris  
 Imperio gaudet, fūſtentat dextera ſceptrum,  
 Hanc prope pacificus surgit dominator aquarum,  
 Termulanorum corporis complectitur arcte,  
 Que tumulo moriens se condit iussit codem,  
 Ut, quo viventem terris dilexit, amore  
 Exciperet sociam vitali lumine funtam,  
 Sic tumuli in partem Martyr Laurentius ignem  
 Pro Christo passus Verrano conditus agro.  
 Excepit Stephanum Solyma decus urbis, & orbis  
 Defunctis eadem eruat cui gratia viuis  
 Durat, amorq; idem, viuis post funera virtus.  
 Diu & corpus ait huc viola fragrantis odorem  
 Exhalat, quam summa coluna viridaria ecclie,  
 Illius ad tacum longuentum multa felicitem  
 Membra receptur, Erebique e limine plures  
 Erepti vitam referant tibi Longa receptam,  
 Reptilia admotum dino caput ulcerata sanas,  
 Quis sanare negat medice Pedalirius arte.  
 Hinc Longe tumu im in gremio Sirenis amata  
 Pauper aque, dicit fons, Sebatus adorat;  
 Aduenientq; e dies tandem prope annibus annis,  
 Quando

Quando augusta manus, lelīq; ex orbe Senatus  
 Purpurei proceres, secreta indagine ritus  
 Cura quibus munire sacros, abolerere profanos  
 Incubit, populisq; nouos inducere fastos  
 Indigetum sancto te dignabuntur honore  
 Cum triplici canos cinctus diadematè crimes  
 Romuleus pastor, Petri successor, & heres,  
 Arbitrus & Mundi qui subicit omnia dextra,  
 Dina Palestinis addet tua nomina fasces,  
 Pitcaq; thaurieremas simulacra colenda per oras,  
 Et nineos statuet diuine frangis honores,  
 Tum dines decorum magno certabit Olympo  
 Aenula terra tibi, fumabunt templia per orbem,  
 Ad tumulumq; tuum concurrent undiq; gentes  
 Quas pingui secunda solo Campania nutrit,  
 Te populi lateque colet, qui Massica, quique  
 Vsentem, Sarnumque bibunt, qui secca Tanagri,  
 Quique habitant rigu felicia culta Galesi,  
 Quos Atina potens, quos fertile pascit Aquenum,  
 Quas Praenefta vetus quos mater Aricia & Alba  
 Quosque suburbanis vetus Ardea mittit ab oris,  
 Oppida Savonites clari montana relinquent,  
 Subpicus Consul Longus que Marte subegit,  
 Quae domusq; feret Latys Sempronius armis.  
 Et que Romana ductis ex urbe colonis  
 Impleuit Consul Sempronius, atq; Triumvir  
 Fulvius, Aenanda Longo cognomine clari  
 Spontevsq; ferent mox thura Sabena sepulchro,  
 Et meliora tibi, quam Laurentia sacra,  
 Romulea altrici, statuent de more Quirites.  
 Hinc quantum Longe quondam petuisse salutem.  
 Corporis agrotos resoluta profuit artus  
 Cernere Longe poterit, si quidem nec tanta tulisset,

Nec tam preclaris, nec tam sublimibus actis  
 Numinis eterni famulata fuisse honoris;  
 Unde sibi ac multis caelos regna parauit.  
 Reddita de pulso merito nisi sana fuisse;  
 Attulit innumeris ast que sanata salutem  
 Hanc quoque Longe tibi reddet Laurentia, cuius  
 Inclita Nilacis mandasti gesta papyris.  
 Hanc pete, & accipies, aderit tibi diva roganti.  
 Ne dubites, viresq; tibi mox reddet ademptas.  
 Inde tuos poteris iustos completere labores  
 Hisce Thalia mibi verbis perusest, ut ager  
 A diu auxilium peterem cognomine vita.  
 Dixerat, & reliqua dictis planare sorores,  
 Mox Semproniana spectarunt prælia Longi.  
 Picta meo videre. Deo que forte cubili  
 Carminibus tum scripta meis placet illa refere,  
 Heroum que gesta canit pro clora, Camenes;  
 Ut me quem norat simili gaudere Posse  
 Consolaretur, curasque auertaret egras.  
 Importuna mihi quamvis tunc ista putarem,  
 Quem graviora mea premerent discrimina vita.  
 Submissa sed voce canit, fastidia nobis  
 Ne creet, ut Longus cereamini viator equestri  
 Fuderit Amibalis turmas Phactonias ad annæ,  
 Romulida, qui tela vibrans Iouis armiger ales  
 Fulmina Tauri peio longè inculatus ab axe  
 Punica fulminei ter fregit tela furoris,  
 Ter Simoenta Pado, Xanthum Trebieq; eruentis,  
 Fluctibus & quaeruit, Troianaque casra Latini.  
 Soluerat Aufonias Poenorum incusibus aras  
 Cum Siculo accitus per errula longa Peloro  
 Ad Trebia venit fauis urguribus ammen  
 Longo errere via Ticiæ ad hystora fracto.

Scripta laturu opem, cum milite fesso  
 Conflitit & Trebia positis trans flumina castis  
 Proxima Gallorum populantes prædia Poenos  
 Aggressus primum certamine fudit, onusq;  
 Et spolijs spoliat, prædisq; recentibus hostess;  
 Annibalemq; suis effuso Marte ferentem  
 Auxilium terrore fugat, fugientibus infest  
 Fulminis in stirps agit, stormiq; premisque ridentes;  
 Qualis in aduersas querens si quando procella  
 Incubuit Boreæ gelida bacchantis ab Arto  
 Oppositusq; Notus confipere prælia miscens.  
 Frondea tecla gemuni, ramique frumentibus. Aullis  
 Dam gemitum auriti, concussaq; plurima cæpis  
 Gans cadit, ingens aulso spicte truncu  
 Labitur, pareunt hostes, quoq; horridus Astylos  
 Decuit arboribus frondes, aut nubibus imbræ  
 Dejetus aut volvit flutius, aut torquet arcus.  
 Consulis Attilius cognati signa fecutus  
 Inclitus, & domini olim Sempronius Equis.  
 Picenisq; Sophus, iurius prudenter nomen  
 Cui dedit, Alba suum cognomen Longa verufum.  
 Cassius, Aurelius, Pompeius fulmina bellis,  
 Sulpiciusq; iugens Poenos videlicibus armis  
 Prosternunt, acièq; metunt, mediumq; per agmen  
 Limitem agunt quoconq; volant nec tela nec ensæ  
 Intrepidæ metuntis Poenos dare terga contulos  
 Magnanimi proceres urgunt, quos Brixia mater  
 Auxilio misit fortissima pediora bella.  
 Hos Sempronianas Aquilis vicitibus addens  
 Herculea gentis spectato robore, & ausu  
 Amphitroniade magni monumenta parentis  
 Pro Clipeis pictos iussit gestare Leones,  
 Quos Longi gessere prius, quam menia Roma

Ponere ad Tyberim Remo cum fratre Quirinus.  
 Romulidum primis vicitur sequerat austus.  
 Cenomanum vicitur virante, ac viribus hostis  
 Insidias parat, atque dolor componit, & astu  
 Callidus incertos inuidit mane Latinos,  
 Marte fatigatos, multaque labore viarum,  
 Ieiunoque diu, quos nulla reficerat esca,  
 Frigore conficit, madiosq; calentibus igne  
 Atque cibo Poenis, oleoq; fluente perniciis,  
 Quos intempesta pugne aux nocte paravit.  
 Vix Aurora polo surgens dimouerat umbras  
 Noctis, & albenti consperferat athora lace,  
 Improvisus adest cum Poenis, & agmine facto,  
 Et iactis inculis e castris elicit hostem.  
 Dux equitum Mago Romanos Marte lassifit,  
 Moxq; fugam similes Numidarii more sequentes,  
 Trans fluminum duecit nocturnis imbris auditi  
 Romuleos equites, hostili fraude retelta  
 Hos reuocat Consul nimirum qui laudis auarus  
 Mensus ab euentu reliqui discrimina belli,  
 In partientis more stimulans dum prospera rerum,  
 Ardet intre manum, slocius sed Scipio pugnam  
 Derretat, graviora timens sibi vulnera primis,  
 Longus ac assuetus palmis vicitricibus heros,  
 Quem non mille acies, non millo pericula belli  
 Deterret, quis ductor ait, quis tertius urbi  
 Ita superest consul? quanam altera restat in armis  
 Sicania? En omnes Latii, Daunique nepotum.  
 Cenomanumq; manus adfinit, & prælia poscent.  
 Quod cupiunt omnes, unus collega moratur,  
 Tristius agrotans animo, quam corpore Consul  
 Consilioque earens, senio, ac merore fatiscit.  
 Nos intra Italium, vel castra timobianus hostes.

Quos

Quos nosse dominare patres Carthaginis alic  
 Merita pulsantes & quorum capta triumpans  
 Manlius adduxit Longus tot millia in urbem,  
 Nosne solo patro palli patientur, ibero  
 Exclusi, & nostra viatores urbe potiri,  
 Quos modo parta docet vincit Victoria posse?  
 Dij probibete nefas canum, vel dedecis armis  
 Ausonia, meliora iuvat sperare nec usquam  
 Cedere, vos socij fidissima peclora Martis,  
 Qui mecum Siculo vicis in equore Poenos.  
 Nunc terris maiora manent ex hoste trophae,  
 Si fauens fortuna meis non inuidia cepti,  
 Quare agite iniusti, mecum gravioraq; passi  
 Aduersus Poenos vos acri accingite pugna,  
 Me ducit de Poenis iustias exposcere poenas  
 Tempus adest, siquidem nos ultra pronocat hostis,  
 Ne Latius vallo miles debere salutem  
 Fas putet, aut clausas pulsari cuiusque portas.  
 Ite, aperite viam ferro, vos fortia fortes  
 Fausta devent, ignava alijs sine otia cordi.  
 Quorum preclaro nullus precordia laudis  
 Tangit amor nulla ad magnos soes suscitat ausus.  
 Infelix anime viuas, natq; salutem  
 Aeroplum referas, pugna cecidisse decorum est,  
 Aut vitam patria pro libertate pacisci.  
 Vos d Cenomani quorum vicina teruntur  
 Arua flagrantq; diu Libycis populacibus agri,  
 Indole si dignum patrui se sanguine prestatu  
 Robur insef, vobis sorti sunt viribus arma  
 Sumite, & e vestris depollite finibus hostes.  
 Herculeumq; genus, virosq; offendit, facili.  
 Hac ubi dicta dedit Consul, volat aggere aperio

C 4

Primus,

Primus, & armipotens animis Deus incidit ardor  
 Bellicus, armigeras accedit in arma cohortes,  
 Tunc simul are cauo sonuerunt classica Martem,  
 Raucus & increpit stridenti murmure clangor  
 Romuli & rumpant equites, peditesque sequuntur,  
 Quo Consul clamore vocat, quatis aura comantes  
 Cassidis auricom & crista, humeroque refugit.  
 Sanguinei patrium saguli deus, emicat auro  
 Vestis, & Herculeum prætendunt signa Leonem  
 Inuicti manibus fato & victoris aheno  
 Fratris luctantem pedibus, cæloque minantem  
 Hunc ascendentem Clypeo gessere nepos.  
 Irruit in Poenos Consul, quaque obvia densos  
 Arctat turba globos rumpens iter aquore fertur  
 Ac velut horrendum currens per nubila fulgor.  
 Obstantes aperitq; manus, densaque phalanges  
 Incerto terrore fugaz, mediumq; per agmen  
 Sternit iter. Poenosque metit mucrone cruento  
 Nec secus, ac messor flauentes inter aristas  
 Obvia quoque fecit, qualis vis dira coruscâ  
 Fuminis, & dira rapientis cincta procelle,  
 Qua nemus umbriferum sapo ab radicibus imis.  
 Sternit humi, secumq; rapit tecta alta domosq;  
 Hanc aliter quacumq; furens premit agmina Cœsul  
 Dissipat hostiles iniuncto Marte catervas,  
 Perculsaq; ruit trepidâ formidine turmas  
 Protinus immisis exercitus omnis habenit  
 Virgine equum preffit calcareum, ille repente  
 Currit in obstantes, & peitora pectora rumpit,  
 Marte furunt acies, peditem pedes obiuimus, virget  
 Atque equitem congressus eques, clypeiq; resultatæ  
 Impacti clypeis, collucent fragmina arena.  
 Ferocissæ resonant galæ, strepit ensis acumen  
 Igitibus.

Igitibus, & sonitus vasto circum, undique caupo  
 Intonat armorum, bellantii it sanguis in annes,  
 Horror ubique ingens, oriturque miserrima cedes,  
 Corporibus sternuntur agri, fossaq; redundant  
 Sanguines & crux natant effuso plena crux.  
 Excessos equites equis, & super arma volutus  
 Aevitoniis Dominum pedib. proculat, & bofam  
 Armaq; corporaq; & misera in eodo voro,  
 Semianimes voluntur equis tremi obruta tellus  
 Grandine missilium, iaculis sylvestit acutis.  
 Fit cedes, & ofessa ruunt, virginisq; premuntq;  
 So se misera series, & exoco Martis amore  
 Interie fluitant, vel turbine mentis adacta.  
 Neutra tamen penitus cedit Pars, utraq; pugnat.  
 Vtraq; persistit, non deficit ardor utriq;  
 Pugnat ubi Consul glomerare incendia belli  
 Visa eruentata fuit Bellona flagello.  
 Cynthis arcientes lethalia spicula vibrat,  
 Foris Atlantides Cyllonide dimicant harpe,  
 Amphithyonides nodosum robur, & arcum  
 Sollicitat, clypeo fuit, Marsq; ense cruento.  
 Non mihi centenis resonem si vocibus ora,  
 Tot cedes narrave queam, quos dextra magni  
 Consulit, aut contra Tyrte furor edidit ira.  
 Talis Bistonij latè Gradius in oris  
 Offibus albentes, & cunctis sanguine campos  
 Belligereq; premit curru, telumque coruscit.  
 Sternit & aduersas horrenda strage phalanges.  
 Dum ridet Bellona, videns laniata rotari  
 Membra & nodo sa caput à cornice reussum  
 Aer per vacuum iactari, & brachia, & armis,  
 Dissecosq; pedes sine nomine corpora trunca  
 Annibali congressus Eques noui prælia miscet  
 C 5 Lou.

Longus & obstantem ferro premis, urget, & instat.  
 Fulminis instar agit, tanto si fulmina Cælo.  
 Diffultant tonitru, quanto Dux turbine Poenum.  
 Alter ut Æneas Turnum, vel ut Hector Achilles.  
 Obuius ense quælit, quætiturque per aera eredas.  
 Istrare, aut Rhodope cōcurrere, & Ossan Olympo,  
 Aut maris Euxini tumidis Symplegadas vñuis  
 Concurvare putes, Cælum misere, solusq;  
 Fulmineo mucrone latus Sempronius hostis  
 Perstringit socii compensans vulnere vulnus  
 Scipioq; inflixtum pugnatq; recedere cogit.  
 Exoritur plausus, victorq; Latinus ubique  
 Clamatur Consuli quamvis sors inuidia magnis.  
 Imber, hyemsq; rigens, tempestasq; horrida cœli.  
 Noxq; superueniens victricia ferta merenti  
 Ablulerint, fessusq; iria, pugnq; labore,  
 Ieiunus, pluviq; maledic. & frigore pressus,  
 Parq; animis hosti miles, sed viribus impor.  
 Post Elephontorum ferro prostrata gigantum.  
 Corpora mole gravi celsas aquantur tress.  
 Deserit infraclusi pugnam, pars eastrū requirit  
 Interclusi vadis Trebis, mediumq; per arrem  
 Imbribus assiduis, niubusq; cadentibus austum  
 Dum natat, armorum depressus pondere miles  
 Mergitur, & gelidis vides depedit in undis.  
 Obluctantur aquis, aduersaq; flumina rumpunt  
 Multi equites, fluius contorta rapacibus vndis  
 Armaq; corripedetq; vorat, quibus ira poperit  
 Hostis, equi volvuntur aquis, fortissima pugna  
 Corpora tempestas rapit improvia natau.  
 Hæc ubi prospexit Sempronius, agmina magno  
 Respedens clamore vocat, renocati ruentes  
 Afluvio turmas, submo, mediosq; per hostes

Im.

Impetu rumpit iter, veluti per nubila fulmen.  
 Insequitur generosa phalanx, exercitus omnis  
 Hostibus atomis dextra, leuaq; fugatis  
 Nodis petit Consul Troiano structa Placento  
 Moenia, Romulei, Urbem munitq; Colonis,  
 Quos nuper Longus Tyberina duxit ab urbe  
 Attulus pulere Romanus, & incala Parm?  
 Casim, unde genus Longi duxere nepotes  
 Inchy qui Parme decurvant moenia cines  
 Sanguine Romulæ clari, palmisque tropheis  
 Ingenui, & fama cel bres, ut Cassius olim  
 Parmensis Vates Thymo fernuentur amne.  
 Herorum quis gesta, tulit quos Cassia Longa  
 Prægnæs, celebrare queat, fascesque, acusque  
 Unde genus duxere patres, quos Aduia, Atene.  
 Ac Regina maris tulit, urbq; Anthenoris ingen.  
 Quis Semproniadum valcat decora alia, tropheia  
 Maonia cantare tuba, fiaibusque Latinus?  
 Talia narrantem, sum dicere plura parantem  
 Gestis virum Masaon reliqua manuere sorores,  
 Ut suem faceres, sinret requiesce se sum,  
 Meque laborantem, non hoc sibi carmina tempus  
 Posse, sed laevitas, suspicio, vota, precessque.  
 His dictis patri periro eacumq; Pundi.  
 Octo lustra quater post facta quaterna fluebant  
 Virginis a partu, Tauri signaque relicta  
 Prima subinvaravat Gemitorum sine a Phœbus.  
 Extulit ræque caput solito splendoris axe,  
 Iunonis sacri mensis fulgere calendæ,  
 Quando laborarem morbo me senior effusus  
 Corripuit, peregrinus tulit mihi flamma calorem  
 Insolium, colores iterant incendia pulsus.  
 Feruor anholantes fauces exasperat artiss,

C 5

Exco-

Exequit atra lues . Nefsi vitiata cruore ,  
 Haud secus Alcide ferunt popula medullas  
 Vestis , & Enceladi latus ardens Aetna perurit ,  
 Vrgt anhela sitis generant fastidia , edendi  
 Est cui nullus amor , vomitumq; alimeta , dapesq;  
 Instabat , factumque mibi , iam terna supremum .  
 Parca minabatur , librauerat Atropos artus .  
 Fatalem sectura colim ; potuitque videri  
 Ast non esse ferox . Nam Dini dicta secutus  
 Ambroris faudentis opem deposebro diuum ,  
 Hosque precentores adhibere salutis , ut oreant  
 Calicolum Regem , nos morbo ut liberet agros .  
 Id Musa suadente mibi prope fata tenuit  
 Supplicibus Longam palmis ac corde rogauit  
 Ut mibi ferret opem , qualem dum vineret egris  
 Insanabilibus pia mater ferre solebat .  
 Ut me languentem aspiceret , quem tabida febris  
 Vexabat prohibens ullam sperare salutem .  
 Annuit illa meis votis , procibusque labores  
 Et miserata meos subito stetit ante Tonantem  
 Cuini ab aspectu , vultuque beatu ameno ,  
 Orantq; Deum Longo ut mibi longius effet  
 In terris eam , quo deservire Tonanti  
 Longius & lacrymis valeam comissa piare .  
 Atq; Dei causa quoscunque subire labores  
 Annuit omni potens summi regnator Olympi  
 Virtutemq; poli demittit ab axe , Saluti  
 Cui nomen sacrum manet custodia templi  
 Quod Veneta nuper construxit in urbe Senatus  
 Divina templis Triadis , Gregoriq; propinquum  
 Virtutum Regima salus , cui vividus oris  
 Perpetuusque vigor , magno indecessa labore  
 Innigat , mundique bono , veru m' quieti

Semina

Semina concordi pugnantia fadere jungit  
 Corpora tutatur , morbosque expellit , & arcet  
 Ut nostros demissi polo pertinuit ad aedes .  
 Insolita mastos hilaryauit voce penates ,  
 Inde salutiferis spargens mibi roribus artus  
 Letitis impletus mira dulcedine peitus ;  
 Depulit & subiit populantes membra furenter  
 Morbiferi vires hostis , lathalique arma ,  
 Indomitam sebrem , morbusque fugauit ab egris  
 Arribus , excessis zoro de corpore languor .  
 Cognatum redit membrisque ad pristina robur  
 Manera decessit purgato e pectori bilis .  
 Protinus in temuis labes dissoluitur auras ,  
 Vis animique redit , discedit pallor ab ore .  
 Sic clara exoriens calum Sol luce serenat .  
 Sic pater Oceanus ventis agitantibus undas ,  
 Atq; Eurus Zephyrum , magno mare fluctuat astu ,  
 Exerit ille caput , ponunt fera flamina venti ,  
 Aeolios repetunque specus , retrorsusque cauenas ,  
 Tranquillus ridet pacato murmure pontus ,  
 Proripio è stratis corpus Virtutu subento ,  
 Haecque serens aliam sanus me confero ad eadem  
 Vicinam templo , gelacum quis conspicit Axem ,  
 Assulsa mibi Dina Salus , vultuque sereno  
 Hos blando dedit ore sonos ; age Longe perentes  
 Laurentii Longa grates , que Dina supernis  
 Sedibus huc mittit me , languida membra vigor ;  
 Ut tua restitua , iubeamque valere , liberare  
 Quid facio , mandante Doo , diaque parona .  
 Quis ibi proprium numen pia redit Olympi ,  
 Non eris utque tibi Longa exoriente saluem  
 Esse datam perpende modum , tempusque , aeternas

Q

Quo morbus languente tuo de corpore cessit .  
 Laurigere que Dea cessit Libitina triumphis ?  
 Nempe diu , quo sacra inter mysteria Christus  
 Numinis eterni proles , quum degret inter  
 Mortales , hominem legitur insisse incitemt .  
 Et nervos totu[m] resoluti[m] corpore sanum  
 Surgeve , ferri suum stratum , mox ponere gressus .  
 ille fidam turges cum strato tendit ad edem .  
 Haec cum verba olim Laureti Longa legentem  
 Audiret superam Regem , dum sacra litaret .  
 Ut pia fama refart , magne genitricis ad aram .  
 Picenii Laurelia dedit cui nomen in oris .  
 Protinus ex illi simili qui nempe iacebat  
 Afflita diu morbo , vineisque recepit .  
 Et sanata Deo grates , castaque parenti  
 Redidit , intacta Christum que gessit in alio ,  
 Illa Deo post h[oc] se semper famulari beatam  
 In terris vitam duxit , pietatis & omnes  
 Impletu[m] partes , & opem pia mater egenis .  
 Egrotisque tulit , Xenodochia fruxit & edes .  
 Virginibusque sacris canobia , templa ducavit  
 Regina superum Solyma ut nomine dicta .  
 Dives opum sibi parca fuit , sed prodiga agenti ,  
 Religione Deo dones se , & tunc laetariunt .  
 Nora Deo prudens semper beneficia tegebat ,  
 Diffimilansque premebat humi se sponte tacentem  
 Attamen usque sua lucens virilite micabat .  
 Astollansque faciem dextra vibrante coruscant  
 In sacerdos mersas vittorum lampade mentes  
 Lustrat , rectique vias monstrabat , & agit .  
 Ob diu[m]que sibi superis referebat honorem .  
 Taliu[m] dum Venetiis Heros prestat in oris ,  
 Insu[m]que plagiis , ( cau[m] in signa secatus

Es.)

Ex decus Aemilia gentis , Venetique Senatus ,  
 Prodigis paribusque nitens diuinus auctor  
 Pane famem catus mirè saturauit egeni ,  
 Corporibus populisque luem , morboisque medellae  
 Exortes , agrisque diu famulatus Olympo  
 Inumeros conuertit , humi qui fixa tenebant  
 Lumina , venalesque lupas in sacra coegit .  
 Claustra , pudicitia vota seruire Tonanti ,  
 Qualia Parthenope Laurentia scorta piauit .  
 Enib[us] , atque animo superas abreptus in oras  
 Longa senectentes uicinia duxit in annos .  
 Tu quoquo Laurenti dina cogomini , album  
 Cuius babes nomen , mores initare beatos .  
 Namque salutiferi roris virtute solitus .  
 Febris ab ardore , ut laurus longua , repulsa  
 Sideris astini rabie siccante vices .  
 Hac vob[is] dicta dedi , latum me dina reliquit ,  
 Incolumentque Salas , tenuesque recessit in auras .  
 Nominis dicta suo , vicinaque templa renisti .  
 Experiens vires surgens , exercet membra .  
 Quae morbi pressu violentis viribus ardor .  
 Iam nos collapsu subfinit corpore Virtus ,  
 Non fracto languet delectus robore sensus .  
 Integer ait primis reparatis viribus adstas ,  
 Tuta manet Virtus , sibi quanm Natura resumpsit  
 Munere Longa tuo , ubi par est reddere grates .  
 Diva pares , sed habere quides non reddere possum .  
 Quicquid ero possum , quicquid mea cura laborum .  
 Aut operum tentabit , erit Laurentia , manus  
 Diva tuum , nostris longum celebrare Musis .  
 Te sine nulla meis accedet gloria captis .  
 Semper honor , nomenque tuum , laudesque de censis .  
 Semper amor , cultusque cui mihi cordo manebunt .

Dum.

Dum mihi nomen erit, quod in Laurentia diuum  
 Sideris immista choris, semperque virenti:  
 Lauro cincta refers; & amoris in igne beati  
 Ut diuus Laurens flammis ex lestibus intus,  
 Plena Dei flagras; fuerit dum vita superstes,  
 Quam mihi cœli laurus seruasti à fulmine mortis  
 Presidum sit, diuina mihi Laurentia, captis  
 Semper adesto meis placabile numen  
 Concilia, à canctis, ac me tutare perielis.  
 Adde mihi vires, ut sicut amabile nomen  
 Diuina tuum refero, sanctis sic moribus æquem;  
 Et pietate pari tua por vespigia curram.



ILL V.



## ILLVSTRISS.

Ex Amplissimo Domino

JOSEPHO LONGO

Anelli F. Marchioni S. Iuliani.

Laurentius Longus S.P.D.

NVS ex decem leprosis  
 ab humanae salutis repa-  
 ratore sanatis ad gratias  
 eidem reddendas, & ad  
 ferendum Deo glorię tributum rediit,  
 a quo idcirco meruit commendari,  
 cæteri verò ingrati animi vitio, peiore  
 lepra laboratēs, accepto beneficio in-  
 digni, reprehensione digni fuerunt.  
 Quid enim reprehensione dignius  
 est

est quam ingratitudo animorum pe-  
nitentis, beneficiorum perditio, merito-  
rum abolitio? qua velut ventus vrens  
exhiccat sibi diuinæ benignitatis, ac  
lætitias fontem, misericordia ro-  
rem, cælestis gratia fluenta, hominesq;  
humanitate exuens feris peiores red-  
dit. Nam & feræ beneficia agnoscunt,  
a beneficis manibus impunè  
tractantur, & gratias quoquo modo  
possunt, blandiendo, gestiendo, tutan-  
do, adhærendo reddunt; sic Leo bea-  
to viro Gerasino Abbatii ob spinam si-  
bi è pede eutissam & viuo viuens, &  
mortuo moriens adhærere voluit,  
cum enim ab eius cænobio recedere  
viuquam noluisse, eodem mortuo  
magno rugitu doloris signo edito ip-  
sis sepulcro incumbens expirauit.  
Aliæ etiam feræ olim in theatris obie-  
ctos sibi benefactores agnouerunt, ijs-  
que magna cum spectatorum admirâ-  
tione, ac gaudio ignouerunt. Scilicet  
natura ipsa virtutis magistra pro ac-  
ceptis beneficijs gratias rependere  
do-

docet. Maximum autem inter cate-  
ra beneficia est corporis sanitas redi-  
ta, vel conseruata. Hanc ego cum  
a grauissimo morbo mirabiliter libe-  
ratus diuæ Mariae Laurentiæ Longæ  
Capuccinarum Virginum institutricis  
intercessione consecutus fuerim, Eu-  
charisticum carmen, quod Soteria,  
hoc est munus pro salute appello, pro  
gratiarum actione composui; eiusdem  
imaginem, siue iconem pingendam,  
& excludendam curavi. Ipsius vitam  
virtutibns, & miraculis insigneum,  
quam ipse à multis, ac grauissimis scri-  
ptoribus præsertim ex Patrum Ca-  
puccinorum, ac Theatinorum annali-  
bus, ac monumentis fideliter latino  
idiomate descriperam Federico Ma-  
ripetro Patrio Veneto roganti, vt  
eam Italice lingua redderet, ac typis  
impressam publici iuris faceret, tradi-  
di. Ioanni Anxianensi Sacerdoti Theo-  
logo, ac Iuris vtriusque perito, viro ex  
Somaschensi Religione integerrimo,  
ac sapientissimo beneficia Diuæ Ma-  
riae

riæ Laurentia Longæ iuocatione relata referens author fui , vt eiusdem vitam virtutes, ac miracula suis describeret , & Theologicis rationibus expenderet, quod quidem ille egregie præstiterit, ac libenter, quippe qui non uit sanctum esse pro sancta laborare. Aequum autem est me pro illa lenem hunc laborem affumere, qua me gravi morbo laborantem liberauit.

Anno superiore supra millesimum sexcentesimo , ac quadragesimo xv. kal. Iunias, die Festo Ascensionis Christi cum ex alto Templi D. Mariae Salutaris fastigio spectassem supplicationem , ac processionem Veneti Principis , ac Senatus , & ceremoniam in Maris desponsatione quotannis fieri solitam præseruidi illius diei æstu superato ardoris febris maiore æstu correptus decubui, & crescente in dies morbo afflictus, viribus penitus destitutus vehemeter agrotabam, nec sumpta pharmaca , nec venæ sectio, neque cibi , & potus abstinentia vim morbi quo-

quotidie crescentis superabant. Coriacem hyppoperam ad leniendum nimum calorem , quo excoquebar , capiti meo substrati , quasi in patriam breui iter facturnus essem , nempe de incolatu terrestris domicili, hoc est de hac mortali vita ad celestem patriam, quam utinam Deus mihi concedat , migraturus necessaria ad calcandam semel viam lethi parabam ; vel tunc Ezechie canticum animo volvens: Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, quæsi residuum amorum meorum, & non inueni , præcisa est velut à texente vita mea , dum adhuc ordiret succidit me. Vel succidendo vita mea staminī forcipem Parca nulli parces ad moxisse mihi videbatur , duinq; inter Sacrum, & saxum versarer , illexit mihi tandem felici Sole sexta post Pentecosten dies, incororisq; nubila celesti luce discussit ; nam cum D. Ambrosi verba illa fortè legerem , quibus , priusquisq; inquit æger, precatores petenda salutis debet adhibere, disce, qui ergo es, impetrare , adhibe precatores. Ea o-

portunè, & quasi mihi dicta reputavi.  
Eiusq; salutare consilium secutus Di-  
uini cognominem meam, Mariam  
Laurentiam Longam Virginum Ca-  
pucciniarum institutricem sanctitatem,  
ac miraculis illustrem suppliciter exo-  
ravi, vt ipsa eadem hora me à morbo  
liberaret. Illico voti compos factus  
cœlestis, vt puto, gaudij dulcedinem  
imperatæ salutis atrham toto pecto-  
re, animoque hausi. Exultauit spiritus  
meus in Dina salutari mea, eique gra-  
tias, quam potui maximas egí; Hinc  
paralyticum Christo Domino satia-  
tum imitatus surrexi, stratumque, in-  
quo diu agrotaueram in remotius cu-  
biculum, æstati commodius transtuli,  
ibique de recepta salute certior factus  
Religiosis patribus sodalib. meis An-  
gustino Antonello Collegij præposito,  
Julio Molino Veneto Ioanni Anxia-  
niensi Theologo, ac I.C. & Excellentissi-  
mis Medicis Petro Hordano, ac Io-  
sepho Benzonio, quibus plurimum  
debo, & paulo post Sapientissimis

Theo-

Theologis Francisco Lazarono, &  
Georgio Polacho Eminentissimi Pa-  
triarchæ Veneti Federici Cornelij Vi-  
carijs me perhumaniter inuisitibus  
rem nouam hanc, & mirabilem narrá-  
ui. Eadē die, & hora à morbo libera-  
tus sum, qua Euangelium Paralyticu  
Domino sanati Historia in sacra Li-  
turgia legebatur, quod cum olim Ma-  
ria Laurentia Longa in Lauretanæ eae  
ab ignoto Sacerdote, quem Christum  
ipsum fuisse piè creditum est, audiret,  
ad illa verba antea paralyticu  
Surge, tolle lectum tuum, &c. Reperi-  
te à Paralysi liberata, ac sana surrexit,  
gratijsq; aëcis, & amplissimis donarijs  
Sancæ ædi relictis ad Hospitiū redit.  
Quæ cum ita sint de his te potissimū  
admonere volui. Diuæ enim gentilis  
tuæ, cuius meritis salutem acceptam  
refero, encomia ad Illustrissimæ fami-  
liax tuæ decus spectantia plurimum læ-  
titiae tibi merito allatura censui. Sote-  
ria Laurentalia cum ciudem D. Ma-  
riæ Laurentiæ Longæ Icone Æneis ty-

pis

pis edita ad te mitto , vt perpetuum  
hoc habeas summae erga te beneuo-  
lentiæ, atque obseruantia meæ pignus,  
ac monumentum . Vale, ac Salve .  
Venetijs, Octauo Idus Octobris .

T Y P O G R A P H V S

Candido Lectori.

**D.** Maria Laurentia Longæ Abbatissæ Fundatricis Capuccinarum, & Hospitalis incurabilium domus Heroicas Virtutes, ac mirabilia gesta lege, si placet, apud F. Zacchariam Bouerium in Annalibus Capuccinorum, Tomo I. ad annum M. D. XXXXII. & F. Matthiam Bellintanum in Historia Capuccinorum, Antonium Carraciolum in Vita Pauli III. qui vna cum Ioanne Baptista Cataldo, & Musco eamdem Mariam Laurentiam Longam , quemadmodum & Paulus III. Farnesius Pontifex Maximus in Bulla Apostolica, appellant. Vide Tursellinum in Historia Lauretana . Abr. Ezequium. Dengnium. Io. Bap. Epis. Scerrarum, F. Maripetrum, & alios .

Laus Deo .



Apparet Regina Poli Vincentie et eadem  
In Vicenno uult sibi Monte strul .  
Vt par sit Roma Romana Colonia templo  
Quod nunc signavit, hoc Cruce signat opus  
Laur. Longi Soter .

# SOTERIA

LAVRENTII LONGI

C. R. C. S.

AD

Illusterrimum Dominum  
FERDINANDVM TASSVM.  
ROGERII COMITIS F.  
Supremum Cursorum Augustissimi  
FERDINANDI III.  
Cæsaris Praefectum.



VENETIIS, M DC XLIV.

---

Ex Typographia Leniana, & Vecelliana.

Superiorum Permissu, & Priviliegij.

AIERIA

D. IO. AMBROSIVS VARESIVS  
Pr̄positus Generalis Congre-  
gationis Somaschē , &  
Doctrinæ Christianæ  
in Gallia .

CVM de mandato nostro opera in-  
scripta Soferia LAVRENTII  
LONGI C.R.C.S. & alia eiusdem  
carmina à duobus eiusdem Congre-  
gationis Theologis recognita, & approba-  
ta fuerint, facultatem concedimus ut, se-  
uatis feriandis, typis mandentur. In  
quorum fidem has litteras manu nostra  
subscriptas, & sigillo nostro munitas de-  
dimus. Mediolani in Collegio S. Mar. &  
Secretæ. Die IX. Iulij An. M DC XLIV.

D. Io. Ambrosius Varesius Pra-  
positus Gener. Congr. Som. ac  
Dott. Chr. in Gallia .

Illustrissimo Domino

FERDINANDO  
TASSO

Summo Cursorum  
FERDINANDI TERTII  
Cæsaris Præfecto

Laurentius L. Barn. S. P. D.



IVLINI Federis arcam  
Taxorum pelle operien-  
dam esse in sacro Exodi  
libro legimus, & Cele-  
stis Regis Spousam, animam, scili-  
cket, vel Ecclesiam taxeis pellibus,  
quas alii ianthinas interpretantur,  
calceatam suisse apud Ezechielem  
comperimus: nec miramur, quan-  
doquidem in hoc cum diuino con-  
silio, inuenioque humanae mentis  
ratio, & artis industria certare vi-  
detur. Pellis enim Taxi fortis, &

valida ob densitatem , ac duritiam  
uam , quibuscumque temporis iniu-  
ijs , iictibusque resistit frigora , plu-  
uiasque facilè arcet , canum , alia-  
rumq; belluarum morsibus fortiter  
reluctatur . Hinc teste Plinio Taxi-  
distenta , & sufflata cute , quasi cly-  
peo muniti caninos dentes , iictuq;  
strenue repellunt . Quinetiam me-  
moriae proditum est , pharetras , scu-  
taque olim Taxorum pellibus con-  
tecta fuisse ; his ego tormenta belli-  
ca , quos sclopos appellant , tecta fa-  
pius vidi ; vestes , & calceos ex ijs.  
dem pellibus confici , ac consuvi ad  
arcendum frigus , & imbris , aliasq;  
tempestatum molestias , consueuisse  
Isidorus , Olaus Magnus , aliisque  
testantur . Calcei enim ex taxeis  
pellibus consuti callos , vel clavos  
pedum eximunt , & alijs eorundem  
morbis medentur : & quod valde  
nirum est , lassitudinem prohibent ,  
ut merito salutares huiusmodi cal-  
cei dici possint , quippe qui salutem  
tuuntur , & praestant . Non modo

autem

autem homines , sed etiam libri pel-  
licis , & coriaceis tegumentis anti-  
quo cum more indui soleat , quibus  
maxime aduersus temporis , vel lo-  
corum iniurias muniantur . Hinc &  
Pergamena carthæ ex pellibus Per-  
gami , siue vt alij aiunt Bergomi  
primum inuentæ celebrantur , qui-  
bus libri primo confui , deinde tegi  
cuperunt . Verum fortiore tegu-  
mento , quam tenui membrana par-  
vus hic liber meus Poeticus , quem  
tibi autem poeles hæredi dicaui ,  
indiget , qui vix natus ex tene-  
bris , quibus dignus erat , in lucem  
importunis amicoru precibus pro-  
dire cogitur , & literarium orbem  
Zoilis , & Aristarchis plenum per-  
currere . Hunc igitur primo , ac reto  
itinere ad te venientem , Illustrissime  
Domine , patrocinio tuo commen-  
do , vt fortissimo Taxo tuo , que gen-  
tilitio stemmate præfers , ac perfe-  
ctis moribus refers eum cooperias ,  
ac munias , quo veluti paludatus , ac  
bene calceatus exeat , nec oblatran-

tiū canum rabidos morsus , ac  
plusquam Teoninos dentes non  
criticarū vnguiū ictus perhorre-  
scat , nec lassitudinem , aut callos  
pertimescat . Aequum enim ero est ,  
vt abs te summo Cūrforū Magi-  
stro per orbem terrarū liber hic  
libero , & inoffenso pede currere di-  
scat , & absque metu in omnium  
manus venire : vt qui pro salute co-  
positus est , inter morofam ingenio-  
rum huius seculi varieratē salutis  
confitere valeat . Par est vt praco-  
ces ingenij nostri partit⁹ nonum ante  
mensem editos , libros . s . quos ante-  
quam imprimantur , nonum pre-  
mi in annum amicorum festinatio  
prohibet , tibi commendemus : qui  
liberos tuos nobis iampridem com-  
mendasti . Hos enim cum non modo  
antiqua familie tua nobilitate , sed  
omni virtute , quæ vera , ac sola ani-  
mi nobilitas est , præstare velles , nec  
tam auitæ gloria hæredes , quam  
æmulatores esse cuperes , ingentius ,  
& libero homine dignis artibus , op-  
timisque

timisque morib⁹ informandas So-  
maschenium Patrum disciplinæ co-  
misisti , vt optimam eorumdem na-  
turam , egregiamque indolem libe-  
ralis perficeret institutio , innataque  
ipsorum ingenij virtutum semina  
gymnastico labore exulta , & Palla-  
dio sudore irrigata ad uberrimam  
gloria messem adolescerent . He-  
rroum illis nomina , quale tuum est ,  
Ferdinande , illis imposuisti , vt eo-  
rum virtutes , ac mores exemplo  
tuo æmularentur , Religionem , scili-  
cet , pietatem , prudentiam , man-  
suetudinem , magnanimitatem , ac  
liberalitatem , eosdemque ad con-  
cordiam , & pacem secum , & cum  
alijs , maxime autē cum Deo Pacis  
veræ authore colendam , ac seruan-  
dam sœpè , ac sepius hortatus nani-  
quam , paterno officio defuisti ; si-  
cū neque materno muneri , ac sol-  
licitudini Illustrissima , ac nobilissi-  
ma vxor tua Angela Cornelie Grac-  
chorum Semproniorum Matri , li-  
lyricæque matronæ æmila quid-

quam defuit, ut inter præcipua sua  
ornamenta filios suos Rogerium  
Octauium, Lamoralem, ac Maxe-  
milianum merito, ac sine fastu re-  
censere possit, siquidem ex diuini  
oraculi sententia gloria patris est  
filius sapiens; quanta vtriusque pa-  
rentis gloria censenda est, qui tan-  
torum filiorum virtute, ac honoris  
letantur, ut fluminis laus in fontem  
fructuum in arborem, ita filiorum  
laus, & honor in parentes redundat.  
fontis bonitas ex flumine, arboris  
ex fructu agnoscitur, scilicet non  
imbellies, timidasque columbas ge-  
nerosa giguant Aquila, nec colcho-  
ras Cycni, sed sibi similes pterumq;  
filios producunt parentes, Achilles  
Pyrrhos, Philippi Alexandros, sic  
Bernardus Tassus insignis olim Poe-  
ta Torquatum Tassum Italoru*m*Poe-  
tarum Principem. Immortali lau-  
rea dignissimum genuit, qui omnes  
doctrina insignes viros laudatores  
suos habere meruit. Atque ut olin  
Masilius Torquatus feroci Gallo-

quem

quem singulari certamine prostra-  
uerat, eripuit, ita Torquatus Taf-  
sus Poetis omnibus Hetruscis, quos,  
ut lenta viburna cupressi, longe su-  
perauit, torquem, ac lauream in  
trophæum abstulit. Belligeros Gal-  
liae errones, atque Amadim, & Bel-  
latrixis Marphisæ gesta. Numeroso  
carmine cecinit Bernardus, eru-  
ditas, & elegantes epistolas idem à  
secreti Salernitani Principis con-  
scriptis. Torquatus verò paterna  
poeseos hæres, poetico stylo, ac  
grauiore cotutno altius assurgens  
post decantatos Sylucole Amynta  
amores, post Turrismundi, ac  
Rinaldini gesta, immortali carmine  
donata, post multa alia opera tum  
soluta, tum adstricta numeris ora-  
tione conscripta, quibus nihil pul-  
crius, nihil eruditius perlegi po-  
test, Diuino cœstro percitus arma,  
virumque cecinit, qui recepta Hie-  
rosolyma Christi Domini sepulcrū  
liberavit Godfridum inquam Bu-  
lionium Heroem Maximum maxi-

a 5 mus

mus Poete non minus, quam Achillem Homerus, Aeneam Virgilius celebravit, quinetiam ex eversa Hierosolyma, quam heroico poemate decatauit ruinis imminēsam sibi gloriæ molam, quam multa etas euerget, erexit. Alienos, externosque Heroas gens Tassia cecinit, cui proprij, ac domestici Heroes non defuerunt Hercules, Aeneas, Daudes, Rogerij, aliquique plurimi, qui qua Heroum nomina nacti sunt, meritis, ac virtutibus heroicis aquarunt, nec modo Homerum in Iliade, sed Achillem in Theatre, non tam spectatorem, quam laudum suarum præconem habere meruerūt. Achillem inquam Mutium, qui de antiqua, & Nobilissima Tassorum familia plurima, atque hec inter cetera cecinit.

Tassa domus sacra redimitos tempora mitra  
Protulit, & fuerint quis monumenta docent.  
Scilicet in templo, qd spiritus almus obubrat,  
Quæ cineres seruant, candida faxa notant.  
Christophorū, fratrēq; būi? domus alta Iacobū  
Tassa equites genuit, magnanimosq; viros,

No-

Nosq; illa fuit nūgnā, & magis hospita Rome  
Regibus Austris, vel mage grata domus.  
Hic patre, iū patruo materno, & sanguine claus.  
Et fecero Enes Tassius ecclie equis.  
Illustras patriam proprijs virtutibus alter,  
Ut quandam Enas Troica casta plus.  
Sic longum Albana felix cum coniuge sumit  
Pontificis poterit forsan esse gener

Hac scilicet viuente Aenea Tasso  
equite generissimo Cardinalis Al-  
bani genero cecinit Mutius, qui  
inox subdidit.

Cassorum sobolos Regum praefcta tabellis,  
Hac Tassa manat sida, celergue domo.

Pontificis etiam misir grauitate verendis  
Quorum opibus Sicuti flammis arnivit.  
Hinc Tassia familiæ nobilitati ma-  
ximam dignitatem, summiamq; pie-  
tatem, ac Religiosum coniunctam,  
quæ in extuendis templis, exor-  
nandis aris, erigendisque pjs locis  
Tassi demonstrarunt, videre est.

Nula etas Dominici Tassi equitis  
pietatem Historicis, ac marmoreis  
monumentis immortalitati consi-  
gnatam silebit; qui Beato Hierony-  
mo Emiliano Somašchenis Con-  
gregacionis Institutori in Bergo-

a 6 menſi

mēnsi Christi vinea strenue labo-  
ranti, impudicarumque mulierum  
conuersationem instructo ipsis domi-  
cilio procuranti auxilium præbuit;  
& conuersarum mulierum cœtum,  
nec non orphanotropium ab eodē  
B.Æmiliano Bergomi tum primum  
erectum summa liberalitate adiunxit;  
in præcipuis autem, inquit Augusti-  
nus Turtura in Historia B. Petri Hie-  
ronymi, quorum gratia, & liberali-  
tate pīj loci nitebantur initia Ber-  
gomensis Antistes, & dominicus  
Tassius numerabantur.

Sed multo ante Turturā Cycnus  
ille Parnassicus cecinit, Mutius in-  
quam in meritis aliorum laudibus  
non mutus.

Dominicus, quo non pietate insignior alter  
In mentem venit nunc mihi Tassius eques.  
Quo lupa anayitie damnata recessit ab urbe  
Vimice virtutis nomine, & acta Dea.  
Orbatos patribus, tenuesq; in claustra Miano  
Cogenti auxilium, consiliumque dedit.  
Talia pro cuius stant marmore sculpa sepulcri  
Carmina que nostris inseruisse libet.  
Splendida que virtus equitis decorarat honore.  
Cui Tasso indiderat nomen alumna domus.

Do-

Dominicus iacet hic, iacet & fidissima conlusa  
Edita nobilibus Elisabetha Rotis.  
Tassius hic utq; lupa meritaria lustra sequentes  
Mutarent mores proxima causa fuit.  
Ipse cucullatis normam feruntibus eque  
Francisci dono ingera opima dedit.  
Quas pia Religio, pietas sincera beatam

Ad vitam tutu sat docet ire via.  
Nimirum Diui Francisci ordinem  
summis beneficijs sibi Tassia domus  
deuinxit, in quo Tassi quasi arbores  
taxi nomine insignes secus decursus  
aquarum plantatæ floruerunt, nec  
lethiferos, vt exterarum Provincia-  
rum Taxi, sed dulces, ac vitales fru-  
ctus tempore suo dederunt. Talis,  
Vlisse, Aldrouando teste, fuit Fausti-  
nus Tassius, qui Diui Francisci vesti-  
gia, ac sacra Stigmata secutus ho-  
mines dignos penitentie fructus fa-  
cere docuit. Et celeberrimū opus  
de conuersione peccantis, & aliud  
volumen sermonum Panegyricorū  
de Deipara Virgine Maria edidit,  
vt nō minus Bernardo Tasso, quam  
Faustino illius Spinulae Distichon  
conueniat.

Cum Taxus Lathū mortaliibus afferat omnis  
Est dulcis fructus Taxe benigne tuus. Ta-

Taxus atbor abieti similis, bacchus  
que serens, quam Taxii Illustrissimi  
Germanie Dynastæ gentilitio suo  
stemmate præferunt, extra Italianam,  
& præsertim in Hispania, & Arcadiam  
tam præsentis veneni est; ut si  
quis sub ea dormiat, cibumue ca-  
piat, moriatur; hinc Taxica non  
nulli appellata venena existimant,  
quaæ nos nunc Toxicæ appellantus.

Propterea huic alludens Sapientissimus Philosophus, ac Poeta Hercules Tassius Eques, & Comes Italiam Taxū veneni expertem in edito symbolo, additis his verbis propositus. ITALICA SVM, Quesce,  
Huiusmodi symbolo uti iure suo pos-  
sunt non modo Tassi Italiæ Bergo-  
ni, Venetiarum, Romæ, ac Neapo-  
lis patritij incole, sed etiam Germaniæ  
& Hispaniæ Dynastæ Tassi Com-  
ites Illustrissimi; quippe qui ab  
eodem omnes stipite progenitos se  
se agnoscunt, ultraque satentur. Id  
pulcherrimum, ac celeberrimum il-  
lud Epitaphium simul, & Elogium  
osten-

ostendit, quod Bruxellis in Aede  
Sacra Tassiorum marmori insculptū  
legitur. His verbis.

### TASSIORVM.

ORIGINEM, VIRTUTEM, GLORIAM  
CALEGE QVIS MAGNA, AVT CA-  
PIS, AVT MARIIS; ORIGO APVD  
BERGOMATES AB ANTIQVO ILV-  
STRIS FVIT, VIRTVS, VNA VRBE  
CLAVDIA NESCIA, GLORIAM TOTA  
EVROPA PEPERIT, SIG NATI EVE-  
CTI INCLYTÆ AVSTRIÆ FAMILIÆ  
ANNIS IAM DVCENTIS INCORRU-  
PTA FIDE, ET OBSEQUIO VIXERVNT  
APVD CÆSARES CVRÆ ORVM MAGI-  
STRI, QVOD MVNVS INVENIENTO  
SIBI VENDICARVNT, ET ADMINI-  
STRANDO MAGIS MERERVNT,  
HEROES ITEM ALII TCGÆ, ET SE-  
GI NVNC LEGATI AD PRINCIPES  
EXTERO, NVNC COPIIS, NVNC  
PROVINCIIS PRÆFECTI, ALIBI CO-  
MITES. HIC LIBERI BARONES SA-  
CRI IMPERII, SED ISTA ORIGINE,  
VIRTUTE, GLORIA VIVOS MORI  
HOC MONUMENTVM INDICAT.

verū altiore Tassia gentis ori-  
ginem grauissimi Authores, Medic-  
ianensium, ac Bergomensium rerū,  
Scriptores Morigius, Corius, alijq;  
cum Ioanne Baptista Manso in Tor-  
quati Tassi vita prodiderunt, Tas-  
siorum scilicet gentem inter anti-

quas,

quas , ac nobiles Bergomi familias  
præclarissimæ , nobilissimæ , & anti-  
quissimæ Turrianorum gentis pro-  
paginem esse . Quæ olim non mo-  
do Mediolani , sed etiam Comi ,  
Bergomi , Brixia , Laudis Pompeia ,  
Nouaria , aliorumque oppidorum  
Cisalpinæ Gallia prætorios fastes  
mago cum imperio gessit , iuraq;  
administrait . Hæc gens Gallicam  
originem à Carolo Magno Fran-  
cum Rege palam profitebatur , ma-  
xime autem , quia Vicecomitum si-  
multate incitati Turriani ad Guel-  
fos defecerant , non tamen , ut Ger-  
manis necessitudipes renunciarent ,  
iam tum contractas cum Martinus  
sub Conrado Augusto meruit Sy-  
riacæ expeditionis comes . Martinus  
Paganus , & Iacobum procrearat .  
Ex Iacobo autem uati Ioannes , Pa-  
ganus , Martinus , & Philippus viri  
potentia , & authoritate clarissimi .  
Tres enim postremi , alias post aliū  
Prætores Mediolani fuerunt ; Philip-  
pus etiam Bergomo , Brixia , Como ,

Lau-

Laudi Pompeia , & Nouariæ præfuit ;  
ex Martino Philippi fratre ortus  
Napus nomine Cæsaris Mediola-  
nensem Praturam administrait ;  
Raymundus Aquileiæ Patriar-  
cha , Lombardus Vercellarum Epi-  
scopus fuit . Caslonus Mediolanen-  
sis Antistes Henricum Lucembur-  
gensem Imperatotem in Romano-  
rum Regem ferreo diademeate Mo-  
doetia , vulgo Montia , coronauit ;  
quem Mediolanum venientem Gui-  
dus Turrianus exceptit . Ex tam Il-  
lustri progenie , cuius originem à  
Franco Priami figlio Sicambriæ vr-  
bis ad Danubium conditores eiusq;  
posterioris Germania , ac Gallia Re-  
gibus , Franconia , ac Burgundiæ do-  
minis deriuatam Bernardinus Co-  
rius in Mediolanensis Historiæ p . 2.  
refert , natus est Lamoralis Tassi co-  
gnomento insignis , quod à Tasso  
Monte in Bergomensi regione Val-  
lis Brembang , ditioni suę subiecto  
Turriani acceperunt , postquam Vi-  
cecomitum nimium crescenti po-  
tentie

tentia cedere, ac Mediolano discedere coacti in Bergomense Territorium, ad Tassi Montis, & Vallis Sassing loca potestati sue iampridē subiecta recesserūt. Idcirco in Templo Diue Marię Magdalenę à Cornelio dictę in Valle Brembana sita Lamoralis Tassi hoc Epitaphium Marmori insculptum legebatur,

*Ex antiqua, & nobili Familia Turrianorum Lamoralis cognominatus Tassus, Fortis in bello, Amator Pacis, hic iacet expectans resurrectionem in Domino.*

Lamoralis autem, nomen Turrianae familiæ in gentilitium fauisse sicut Tassia familiare est, ex Turriano rum genealogia, quam Corius, Pigna, & alij recensent, constat. Egregie igitur Bergomensis vates cecinat.

*Tassi a Tarrigeris gens est deducta, Dynastis.*

*Insubres sceptro qui tenuere plagas.*

*Gens Mediolani & socias dominata per urbes.*

*Hac est officijs & vice summa Duxis.*

*Anguieri proceres armis, opibusque potentes.*

*Senserunt quanis viribus illa foret.*

*Ancipites fortis, Martisq; fuere tumultus,*

*Anguieros inter, Tarrigerosque Duxes.*

*Hos*

*Hos proprios voluit tandem fortuna penates  
Linquere, Bergameis credere seque ingis.*

Vero etiam simile, quod alij referunt duos Turtianos olim ex Burgundia in Italiā profectos in Vallem Sassingam à Tasio eiusdem Vallis domino sumo honore exceptos, post matrimonium cū duabus eiusdem Tasi filiabus initum, eodem demum mortuo amplissimae dictio nis hæredes Tasi cognomen adoptiuum assumpſisse, deinde Tassis appellatos fuisse. Hinc pro turre, à qua primum cognomen habebant, Taxum, qui vulgo Tasso dicitur, tamquam secundo cognomini significando aptiorem in gentilitijs insignibus depictum gestasse; quod stemma Rogero Tasso Comiti Palatino, equitique aurato Patri tuo Carolis Quintus Austriae Imperator aucteo diplomate approbavit; ac confirmauit: cum eūdem Comitem, equitemque creatum inter nobiles Austriae, & Burgundiae proce res vna cum tota posteritate adscripsit,

psit, magnisque priuilegijs exornauit. Eique summam Tabellariorum præfecturā à Davide Tafso suo tuo, alijsque gentilibus tuis recte exercitam, centum ab hinc annis concessit: hoc munus dein à Ferdinando primo, & Maxæmiliano II eidem confirmatum ac prorogatū fuit. Idem postea tibi à Rudolpho Cæsare Anno MDLXXXIV. demandatum, & filijs tuis à Ferdinando Secundo, & Tertio concessum est, quod nisi maiora eos maneat munera, ac dignitates, posteris tuis nunquam defuturum esse speramus. Hoc quasi hæreditarium ac gètilitium munus à maioribus tuis tibi relictum summa diligētia, ac fide haçenus exercuisti, & exerceas: quapropter si principibus placuisse iuris laus maxima censetur, & maior est de ijsdem benemereri, quanta laus tua est, Ferdinandus, qui potentissimos Imperatores Austriacos, Rudolphum II. Matthiam, Ferdinandum I I. & Ferdinandum III. qui hodie viuens

de

de Catholicæ fidei hostibus gloriose triumphat, continuo, & fideli obsequio adeo tibi deuinixisti, vt veluti Cæsareum nomen, ita mutuū amorem summa cum laude retuleris. Hunc litteris suis ad Serenissimū Venetiarum Ducem scriptis cum summa tui commendatione, ac priuilegijs tibi, ac domui tuae concessis Augustissimi Cæsares indicarunt. Tum vero maximè Cæsarlis Ferdinandi Tertij erga te benevolentia effulgit, cum Rogerium filium tuum natu maiorem virtutibus, atque egregijs moribus ornatissimum iuuenem Viennam prosc̄ptum magno honore, & singularis erga te ipsumque amoris significatione, addita meritorum tuorum, domusque tuae grata testificatione excepit.

Nec minorem benevolentiam erga Illustrissimum Pauli Marchionem, Simonem Tafsum, Antonij Marchionis filium, Hispanorum, ac Regiorum Cursorum præsc̄ptum Catholicus Hispaniarum Rex Philippus

lippus Quartus nuper ostendit; cum  
annuam, & perpetuam redditum  
pensionem secundo eiusdem Regu-  
li filio donauit. Sic ingentia patrum  
merita Austriaci Reges, ac Cæsares  
in filiis eorundem remunerari con-  
sueverunt, quo beneficiorum me-  
moria gratior diuins viuat. Sic ab  
Austriaco Hispania Rege in poste-  
ris remunerata fuit Ioannis Bapti-  
ste Tassi fortissimi Militum Tribuni  
virtus, qui in Belgio sub auspicijs  
Alexandri Farnesi Ducis Parisenensis  
fortiter dimicando Batauos rebel-  
les sepe, ac sæpius fregit, & anno  
salutis humanae MDLXXXIII. Zut-  
phaniam, Neoportum, VVernam,  
Dixmondam, Dunchercam, aliaq;  
munitissima hostium oppida singu-  
lari astu, ac celeritate occupauit.

Hinc cognomines, ac gentiles  
eiusdem Heroes Ioannes Baptista,  
& Ioannes Tassi Villamediana co-  
mites, Reguli rebus gestis claris-  
simi summis honoribus, ac muneri-  
bus à Catholico Hispaniarum Rege  
de-

decorati fuere, & ad Christianissi-  
mum Galliæ Regem, necnon ad ma-  
gnum Britanniæ Regem oratores  
missi summas legationes præclaris-  
simè obierunt.

Longum nimis elset plurimos, ac  
præstantissimos equites, Comites,  
Dynastas, Regulos, Tribunos militum,  
Abbes, Archiflamines, Ca-  
ronicos, Præfules, heroas recensere,  
qui ex præclarissima Tassiorum fa-  
milia, tanquam ex Argo nau, vel  
equo Troiauo prodiere. Silentio  
hic prætero insignes gentis tue  
Heroinas, quales Filenia, & Afra  
Bernardi Tassi soror fuere. Hac  
plusquam Vestalis pudicitæ laude  
insignis Poetria, ac decima Musa,  
illa obseruatam honestarum Virgi-  
num integritatem, & benam famam,  
quibus petulantes proci insidiabā-  
tur, celeberrima. Verum quoniam  
tua propria virtute, qua vera nobili-  
tas est, magis, quam longo sanguine  
niteris, & genus, & pro annos, & que  
nō fecimus ipsi, vix ea nostra putas,

nec

nec obstreperam in Atticis cicadis  
nobilitatem , nec inconstantem in  
Romanis Lunulis gloriam iactas ,  
ast praelaras maiorum tuorum vir-  
tutes , & decora emulatus, paremque;  
illis gloriam assecutus sumnam ti-  
bi apud omnes integratatis, prudē-  
tia, pietatis, ac meritorum existi-  
mationem, atque laudem compara-  
sti , quae non labentis æui fixui, non  
temporis iniurijs obnoxia nunquā  
Iecit in hostiles fulmina sape manus.  
**ANTONI**, qualem gesserunt Hector, Achilles,  
Stemma docet surgens vicit ad astra LEO.  
Magnanimo quie corda magis, q̄ fletante pra-  
Altaque maiori semper honore petit. (fert,  
Ardua seper amans hunc tollit ad aethera Vir  
Et que per praecep̄ Gloria surgit izer. (tus,  
Despiciens terrae procul caelestia spectat,  
Et quicunque facit maxima, parva putat.  
Ad decus aeternum per summos sc̄adit honores,  
Est gradus alterius alter honoris honoros.  
Olli clara dedit Vicetia, Cremaque fasces,  
Mox Verona sua, ac Brixia sceptra tulit.  
Certatum populi monumēta perennia, & urbes,  
Ponunt, sed meritis inferiora viri.  
Effigies statuit Vicetia, Crema Columnas,  
Et Verona arcus, Brixia magna parat. 2  
Marmora & herois passim testantur honores,  
Qua vel Tempus edax rodere dente nequiss.  
Comemorant populi se terque, quaterq; beatos,  
Nempe sub imperio Longe fuisse tuo,  
Teg, experta patrem prouincia tota fatetur,  
Quam.

<sup>a</sup> Ant. Longi Prætoris encomium, quo  
præclara eiuldem gesta cōmemorātur.

Quam duce Te, nunquam letius iisse dies,  
Aduentu tremefacta tuo Discordia cessit,  
Vindice te Brenni cessit ab urbe Lues,  
Hic abiit maleficiū Fames, & turpis Egestas,  
Successit cornu Copia dite, Ceres.  
Et bello cedente reddit Pax aurea terris,  
Aurea te gentes præside secla beant.  
Afras dum cuique suum das lancibus equis,  
Et reddis populis candida iura tuis.  
Submissi parcie conculeas, Longe, superbos,  
Sontibus & poenar, præmia ferisque bonis.  
Iustaque te superis equeat Clemens diuis,  
Injustia concors & pietatis amor.  
In te conueniunt, unaque in sede morantur  
Maiestas, & Amor, cum pietate rigor,  
Regia quid memorem constructa palatia, fana  
Munitas arcus, & inga strata vijs?  
Erectas diuis statuas, arasque, vetustum  
Militi, & que decus te reparasse nouo?  
Principibusque datas coenas, coniuicia, vincat  
Quo, Lucullo, dapes ac Cleopatra tuas?  
Magna quidē sunt ista, tamē maiora supersunt,  
Semper ut ascendat, quem geris ipse, Leo.  
Hinc tibi Cenomanum iunxit Regina a Leones  
I' currum, tuus ut iure triumphet honos  
Iamque triumphalem se se conquerit in archi,  
Brixia, curuaus datque theatra ingis.  
Tu Bellum, Pestemq; Famam, Lethūq; Furore  
Eumenidas vincias post tua terga trahis.  
L 5 Lis,

<sup>a</sup> Leo ascendens est Brixieſis ciuitatis, &  
familia Longe gentilium insigne.

Lis, & ferratis Discordia vincta catenis,  
 Cetera mox subeunt monstra recincta Stygis.  
 Heros inuidia fines virtute reliquit,  
 Virtute humanum iam superantemodum.  
 Hic merito Longus consurgit ad athera victor,  
 Inuidia ethere dignus honore Leo.  
 Hostes magnanimo veluti Leo robore terret,  
 Inuidus reliquas & domat ungues feras.  
 Hic scelerum vindicta Virtutum deicuit hostes,  
 Hinc odiso nefas pena timore facit.  
 Sic odore boni culpam virtutis amore,  
 Quia floret iusta vir pietatis amans.  
 Qui clemens fontes sedata corrigit ira,  
 Atque serenata crimina fronte domat.  
 Imperio facies digna, & facundia summa,  
 Discordes animos conciliare valet.  
 Majorum generosa premis vestigia Laurens,  
 Augusto soboles haud genitore minor. (ia,  
 Sol nouus hic Venetis post diruta Pergama Tre  
 Post Latios patri speisque Leonis adebat.  
 Virtutes, Mores, doctrinam, candida verba,  
 Cui Natura parens, atque Minerua dedit.  
 Hic didicit quicquid Graeci sapientia pandit,  
 Et Stagirita dogmata firma sophi. (quid,  
 Quicquid Socratis manauit ab ordine quic.  
 Docta Cleanthes personat aula domus.  
 Quicquid Democritus risit, docuitque racendo,  
 Pythagoras, Megara quicquid alius habet.  
 Mira Syracusij nouitque inuenta magistri,  
 Quicquid Aratus ait, que Ptolomae doces,  
 Qui

c Laurentij Longi A.F. prefecti V. N. encomium.

Qui gladijs usus qua lancea parte minetur,  
 Vulnera, qua subito destinet igne globis.  
 Cornipedē ut brevib. deceat cōpescere habenis,  
 Aut illi frenum laxius ore dare.  
 Castra locare arces munire, obseſſa tueri,  
 Mania, nouit amans ducere in arma manus  
 Mercurij, Martisque decus, sagulisq; togeques  
 Sie colat pacem, seu fera bella tonent.  
 Magnanimi nouit quæſint ad singula partes,  
 Promat ut argutos lingua diſteria sales,  
 Huic ad iuſſa parat se miles, ſufficit una  
 Vox ad decretum, mutus ad imperium.  
 Ipſe prædit, faciliſque iubet, micat ante, volatq;  
 Et pes decretus, imperiſque manus.  
 Docta mente ſedet Pallas, nec turgida tollit  
 Grande ſupercilium, ſed comitate placet.  
 Bellica magnanimo reſidet ſub pectore virtus;  
 Olli perpetuo gratia in ore ſedet.  
 Inuidia infidias, vel ſi fara aſpera rumpat,  
 Eternum patrie proferat ille decus,  
 Iuppiter omnipotens, qui tēperat omnia nutu,  
 Conſuevit nulli munera cuncta dare.  
 Viribus Aeacides omnes ſuperabat Achiuos,  
 Derogat huic ardens nonnihil ira tamen.  
 Concio ſuperis fuit olim dictus Vlyſſes  
 Par, tamen huic pulcri defuit oris honoris.  
 Tulliadem clarum rotis noua purpura fecit,  
 Ille tamen nullo ſtemmate clarus erat.  
 In terris quod ſi cuiquam licet eſſe beato,  
 ANTONI LONGI filius unus erit.  
 Vendicat ingenij palmarum ſibi quicquid, ab illo  
 Anſer ut arguto vietus olore cadet.  
 Suggeritur laius dimes facundia campis,

L 6 ſeu

Seu pedes ire velit, seu feratur equo,  
Illiū admorunt Charites tres ubera labris,  
Adstitit & cunis Pallas, & alma Venus.  
Hippolytus Stygijs redeat si pulcher ab undis,  
Laurenti laurum v. clus ab ore dabis.  
Saltanti Veneres adfunt, Musaque canenti,  
Nullus ei in toto corpore nevus adfet.  
Sue acies Martis lustret, seu pralia tentet,  
Militis hinc partes sustinet, inde ducis.  
Sue ferocis equi luctantia colla recurvata,  
Exiguo celeres flectit in orbe pedes.  
Seu stimulatas rapidis pedib. se tollere in auras  
Cogit, & assultu surgere ad astra leui;  
Et modo per campum curvo contendere gyro,  
Et modo per rectas leniter ire vias.  
Ardet gestis, ouat sonipes, gratoque superbit  
Pondere dum domini gaudet honore sui.  
Quem modo c. intraditis toris frenare volatatem,  
Cornipedē freno mox remorante iugat.  
Et modo qua lato valeat discurrere campo,  
Perna eis cursu vel superare Notos,  
Alipedi cito lora manu leuiore remittit,  
Hunc glomerare pedes liberiusque sinxit  
Qui simul undantes collo praesensit habenas,  
Praziolat & Bore flamina vincit ouans.  
Hand secus excurrunt effantes ethere lucem  
Solis equi, Pyrous flammeiger ore Phlegon.  
Sic in Amyclea cum se exerceret arena,  
Cyllaron insignem Castor agebat equum.  
Sic Xanthum fortis, Balaenq; agitabat Achilles  
Exercere suos Marsque solebat equos: (mis,  
Non timet Annibalem nouus hic Séproniū ar  
Mille trophae suo victor ab hoste ferat.

Com-

Comminus & clypeo cōsurgens nocte in hostes,  
Eminus & fortis mittere tela manu.  
Maiorum fulget titulis, & imagine multa,  
Per fastos plusquam mille recenset annos.  
Patrios prima quos dixit origine Roma,  
Albaque Dardanio sanguine Longa tulit.  
Consilij, animis, virtute per omnia patri  
Est similis, bellis, & munera pacis amat.  
Arma viro Manors, & Pallas tradidit artes,  
Iuno deditque suas, ac cumulauit odes.  
Est eadem facies, eadem constantia vulnus,  
Seu fors late vehat, tristitia sue ferat,  
Nā nequit aduersis frangit, inflariq; secudis,  
Os sed fortuna par in viraq; tenet.  
Huic alios iuuenes tantum concedere oportet,  
Eridani quantum fluctibus vonda Tari.  
Huius enim virtus tantum supereminet eis,  
Ante alios quantum Pegasus iuit equos.  
Non animus luxu, non est superabit auro,  
Stat toto inuis. lus pectore, mente, manu.  
Cumque alios supererit, certat se vincere, maior  
Se vincit stygijs edit monstra vadis. (mis,  
Magnanimos hic pone uices, quos inclita Ro  
Exultit, & si quis ultima scela canunt.  
Non minor hic animis erit immortalis, ansa,  
Non minor inuidit dextra superba viris.  
Libertas illi celso sub pectore, pectus,  
Atque manus semper proque Deo, & patria,  
Quaque alijs dominatur, ei fit gloria serua,  
Virtutem dominam sponte secuta suam.  
Talis auus, quē nepo refert re, & nomine Lau  
Quē virtus ardens tā super astra tulit, rēs,  
Artibus ingenuis illum fixisse Minerua,

Dici-

Dicitur autem ingens, deliciumque sui.  
 Calestemque animo puri effusisse liquorem  
 Nectaris, hinc pura religiosus amor.  
 Hic bellum prudens, & pacis miscuit artes.  
 Et Mars Armatus Phœbus inermi erat.  
 Proximus hinc sequitur iuuenis virtutib, ingēs,  
 Nicolaus, Veneti spesque Leonis adebat,  
 Hic quoque maiorum titulos angebit honore.  
 Acquiretque sibi Palladis arte decus.  
 Huic sicut humano cælestes corpore dotes,  
 Quies, si non defit fors, superabit auos,  
 Robore nulli animi, nulli virtute secundus,  
 Victorisq, omen nomine, regue tenet.  
 Sic vos Adriaci rectores aquoris, alma  
 Libertatis honor, iure fauete viro.  
 Et Longam decorare domum, cui gloria vestra,  
 Praesidiumque rei publica cura fuit.  
 Hinc vestra naui fulserunt Castores almi,  
 Turantes dubio nanfraga vela mari.  
 His bellis, & pacis iustas committite habendas,  
 Hinc alter Mauors, Iuppiter alter erit.  
 Talia dicentem comitem Virtutis Honorem,  
 Inuidi ferre nequit Dira, Deumque timet.  
 Huius ab aspectu perterrita nollet Olympum  
 Conscendisse, pauens cogitat inde fugam.  
 Sed quid agat, vincit puder, improba rufus,  
 Atque irata magis tecta Tonantis adit.  
 Errantum nondum dimiserat ille Deorum,  
 Concilium residens Virginis astra prope.  
 Inter & Erigones sedem, Chelæisque sequentes,  
 Qua patet Autumni porta superba polo.  
 Huc scelerata volat Pestis, solatia querit,  
 Ansam mestitia sed capis inde nona.

Talia

Talia nanque Iouem sublimi e sede loquitem,  
 Audit ubi clausas attigit illa g. fores.  
 Haec tenus d' superi quibus est data cura regedi,  
 Syderibus toto quicquid in orbe subest.  
 Ferrea belligera pressurunt secula terras,  
 Totus adhuc belli Mundus & igne flagrat.  
 Aſſiduis concuſſa gemit Germania pugnis,  
 Bellaque perpetuo Belgica terra gerit.  
 Anglia rotâ ardet late ciuilibus armis,  
 Surgit & in Regem turba Britanna suum,  
 Diuidit Hispanum geminata rebello regnum,  
 Quam Lusitanus, quam Catalanus agit,  
 Agminibus plena est tellus, & classibus equor,  
 Vnde cruentatur sanguine terra madet.  
 Italia in campis geminari incendia Martis  
 Cerno subalpinis, Aufonijsque ingis.  
 Hispanis Galli, Veneti, Thuscique Latinis,  
 Felsineisque monenti bella cruenta plagis,  
 Nuc Francas, nuc Hesperias Deritora secures,  
 Alternos fasces Aſta recepta subit.  
 Taurinum dubio concussum Marte, cruore  
 Ciuli spargi mania, & arua dolet.  
 Nuper ab Aſtriacis vexata Placentia caſtris,  
 Parmaq;in Aufonijs cōmouet arma manus.  
 Quo nodo perpetuum spondebant Lilia pacem,  
 ( Iris eis liquidam nuncia pacis inſit)  
 In gladios conuersa nouos dant frondib, arma,  
 Qua simul hostili sanguine tintæ rubent.

Adria-

---

<sup>g</sup> Inuidia ad Louis aulam, vbi Deorum Errantium-concilium habebatur, reuerla, eū de aurea etate sub Antonij Logi regimine inchoanda differentem audit.

Adriacus ciet arma Leo terraque, marique,  
Italica quamquam pacis amore flagrat.  
Sic bello pacem querens meus armiger ales,  
Ales Attilius fulmina ab ungue vibrat,  
Ad Mutinam prisci renouari incendia bellis,  
Cernimus, Antoni castra redire nonis,  
In galeis que mella prius sinxerit, tubisque,  
Belligeris Aquilis congregantur Apes.  
Hinc Veneta opositis horro scunt litora signis,  
Et face percurrat rura tremendus eques,  
Alter & Aufonijs minitatur Porsena castris.  
Augusta Gryphios dū populatur agros. (bes  
Hinc ferro, & flāmis vastatur & oppida, & ur  
Sāguine Christicolū tintā madescit humus  
Prob pudor, insonū pereit quo millia' quantū  
Excuit belli parva fauilla focum.  
Victori faneſta ſuā vīctoria luctus  
Materiā prebet, lucraque dama ferunt,  
Ferre mons peperit ferratus ſecula terris,  
Mantua bellorum ſemina prima dedit.  
Æſonides alter eeu ſparſis dentibus Hydra  
Armifera igniomo verterit arua bone.  
Aenea Bimone Cadmi ſata ſemina campis,  
Qua ſera producunt agmina, prodit humus?  
Hinc Martis clypeata ſege, galeataq; messis;  
De ſerpentigeno germine nata furit.  
Cumq; agros (vīſi horrendum) demovit arator,  
Lethiferis ſanguine agmina ſuā ſatis.  
Qua fecundabant rigidos modo frigida capos,  
Flumina nunc mixto rubra cruore calent.  
Qua viridi ruris modo gramine prata virebāt,  
Proh ſcelus! humanis offi bus alba iacent,  
Euasij Casale ſulit quo pralia? quanta

Capta

Capta à Germanis Mantua paſſa fuit?  
Ita Ratifona modo fadera pacis ad Iſtrum  
Latitudine mundo quam peperere breuem.  
Cui commissa fuit Pacis modo cura tuenda,  
Inuoluit bellī turbo repente ducem.  
Cogeris armorum spinas Dux ſudere in hofles,  
Qui de Lauro Fundis pacis amante Rosas.  
Liſia quaque dabat Apibus mella aurea pacis,  
Nunc redolent myrra & fortis amaritatem.  
En ſuij accenſa ſuis Discordia mundum  
Concudit, humano ſanguine pingit humum.  
Cinibus hec urbes viduauit, rura colonis,  
Villa iacet Pietas, Religioque gemit.  
Quid tantum Bellona ſuriſnum ſola ſecures,  
Terrarum dominos orbis habere putat.  
Quis furor aduersis committere pralia signis,  
Saue que in hofſili caſtra locare solo.  
Bellicus hic ardor cohibendus, & alta per oēs.  
Italia pax est mox reuocanda plagas.  
Quā petu ipſa gemēs, lachrymisi, aperita crue  
Ora cruentatas & laniata genas. (tis  
Heu quantū tristis, quantū mitata quo ab illa.  
Quā mundi vietrix ſceptra ſuprema tulit,  
Quā pueri coluere omnes, cui ſceptra tulerunt.  
Ortus, & occetus, cumq; Aquilone Nothus.  
Qua regnus augusta potens, & fata triumphis,  
Denuo terris iura Marique dedit.  
Hanc iuuat aſſiduo nunc indulgere doloris,  
Ac querula ſentos edere voce ſenos.  
Hec velut Ateon multis laceratur ab annis,  
A canibus miserè dilaniata ſuis.  
Sed quoniam decretā volunt aeterna, refurgat  
Aurea tempeſtas, qua bona cuncta vebat.  
Aurea

Aurea qua Venetis libertas floret in oris,  
 Aurea principium mox quoque secula ferent,  
 Cenomanum regio rigidi facunda metalli,  
 Aurea sub Longo praeside secula dabit.  
 Optimus hic Heros fama notissimus orbis  
 Brixiadum fasces, quos avus ante, regit.  
 Huic mores Afræa pios, aximumq; manusque,  
 Fixxit, & ingenium, iudicinque dedit.  
 Hunc & insita cultus, clementia diuis  
 Aequanitatem pietas, religioque beatum.  
 Hic est præsidium misericordia, vultusque superbis,  
 Huic pacem acceptam Brixia pulcra refert,  
 Hot sanctæ sua iura tenent sub principe leges,  
 Eius ad exemplum fasque, piumpque viget.  
 Hic rectū sequitur, vitium fugit, optima suadet,  
 Novit & imperio ponere iura pio.  
 Huc aliena iuuat benefacta audire, nec ullum  
 Spernit, sed cunctos officiosus amat.  
 Palladis arte Sophiæ vincit, probitate Catone,  
 Attiliumque fide, religione Numam.  
 Maiorum licet antiquis bene fulta trophaeis,  
 Longa domus vigeat, milleque iactet auos.  
 Non tamen Antoni titulis incumbit anitis  
 Gloria, nec prisca gesit imaginibus.  
 Sed virtute sua gaudet superasse parentes,  
 Et propria eternum laude parasse decus.  
 Et proprijs meritis excellere, vivida cuius  
 Gloria nullius crescere laude potest.  
 Iam stat enim numeros virtutum ducta per oes,  
 Ulterius nihil est, quo ferat illa gradum.  
 Non ideo humanos præclaræ modestia mores,  
 Exuit, sed nulli mitius ingenium.  
 Degener antiquos extollat fama triumphos,  
 His

Hic atnus melior, maior ausque suis.  
 Et pater est patriæ, Veneta noua gloria gentis,  
 Vrbi, & orbis bonos, purpureoque togas.  
 Sol nouus est Venetis Antonius oris ab undis,  
 Purpureoque refert lumine, & ore iubar.  
 Alta Cleonei Sol lustrat ut astra Leonis,  
 Hic gentilitij signa Leonis habet.  
 Ad libram e transit dum sol à Virginis astro,  
 Noctibus unde dies reddit ab axe pares,  
 Longus ab Adriaca Sol virgine migrat ad æ-  
 Insitiae lances, Brixia, nempe tuas. (quas  
 Has format geminis calostis Scorpio chelis,  
 Brixiadum lacu qui dominatur agris.  
 Flâmigeris orbem Phœbus collusit at lab' nis,  
 Lampus, & rutila cuncta calore souet.  
 Pacificis urbes Longus moderatur habenis,  
 Virtutisque sua cuncta calore beat.  
 Lumine Sol proprio celo splendet, & astra  
 A Phœbo pulchra fenora lucis habent:  
 Longus & ipso suo virtutum lumine fulget,  
 Vnde alij captiunt lumen, is addit auis.  
 Errantes sol axe Deos moderatur, & equis  
 Gressibus incedens astra minorantur.  
 Legibus hic iustis populos, urbesq; gubernat,  
 Iuri que constituit ciuibis equa suis.  
 Quod mage tollit equos radijs Hyperione natu,

Hoc

e Antonius Longus ingressus est Brixiam die XXII. Septembris anno 1641. cum sole intrante librae signum comparatur, Scorpij astra Brixiae dominantur, vt afferunt Astronomi.

Hoc magis ardenti lumine cuncta ferit.  
 Quod magis Antoni se tellit ad aetheram Virtus,  
 Gloria sole viri clarior orbe micat.  
 Quinetiam nimio nisi lumine solis oberro,  
 Lumine, quam Phœbus, nobiliore nitet.  
 Alternat cum nocte dies, & desicit ille,  
 Si inbar inuolua lucis auara fotor.  
 Nescius occasus Venetiis hic semper in oris,  
 Sol fulget, nullis officiisque negat.  
 Signifer obliquat Phœbi super aethera cursus,  
 Semper ut hic recto tramite iuris iter.  
 Imparibus lumen Titan, hic lancibus aquis,  
 Iustitia pario ducit in orbe diem.  
 Sol modo sublimis Cancri nimis astutus astro.  
 Nunc humilis capri sydere torret humum.  
 Alterno redent tardi, celereisque recursu  
 Lucis equi, variant nocte, dieque vices.  
 Iugos at aqua sui peragens vestigia cursus,  
 Fert semper populis candida iura suis.  
 Cuique suum tribuens Astræa lancib. aquis.  
 Sonibus hic penas, præmia datque bonis.  
 Dignus Apollinea plus quam radiare corona est  
 Iustitia Solis quem diadema decet.  
 Hunc & sola manet sceli melioris origo,  
 Aerea Cenomani tempora iamque refert.  
 Iustius ut reliquias regimur, sic longius heros,  
 Tempore præsturis parque duabus ager.  
 Sic longum Sardos rexit Sempronius olim,  
 Roma parent longum cui dedit imperium.  
 Mox feri compressis cassabunt secula bellis,  
 Martius Italico cedet ab orbe furor.  
 Aerea pacatis succendent tempora terris,  
 Mox antiqua suis rura reniset honos.

Fertilis

Fertilis &amp; nitido tellus opulescat amictu.

Et tæque fecundo Sole nitescat humus;

Quæ Sol Eois oriens emergit ab undis,

Et quæ Phœbus mergit Iberus equos.

Aurigeras nuc, Phebe teler, rape lucis habenas,

Nunc meliore tuum lumine sparge inbar.

Annorumque nouam seriem deuoluere caelo

Incipe, Saturni secula prisca refer.

Vos quoque ferte dies filui iucunda metalli

Tempora, pacifici vosque fauete Dei.

Floreat ut terris Virtus, Pax aurea regnet.

Spesque, Fides, Charitas, &amp; pietatis amer.

Letæ Pales, secunda Ceres, &amp; aulcis Iacchus,

Dona sua agricolis uberiora fert.

Ipsa reponendis desint cana dolia missis,

Frugibus, &amp; granis horrea plena gemant.

Lacte fluanti fontes, &amp; noctare flumina passim,

Arboribus manent dulcia mella cauis.

Ite, serenato deuolute lumina caelo

Sydera signiferi vos duodenæ poli.

Cedat amor belli, terras Astræa renusat,

Classica nec sauo murmure raucâ fremant,

Non litui, non era sonent, nec buccina Martis

Concitæ armatas ad fera bella manus.

Ira gemat detrusa imas Acherontis ad undas,

Tenerijs umbris condat Enyo caput.

Præside sub Longo surgat Pax aerea terris,

Florida perpetuo vere vivescat humus.

Ferrea iam reduci mitescant secula Paci,

Et tergo pharetram sanguine tela petant,

Exurgat flavis ubertas auræa campis,

Messorum tardas pungat aricæ manus.

Ætatis melioris erit Laurentia proles

Præse-

Prætoris Longi pignus, & arrha nepos.  
 Qui mox vitales infans prodibit ad auras,  
 Omnibus exoriens letitiamque feret.  
 Qualem fert oriens tenebris sol luce fugatis,  
 Horrida post hyemis frigora veris honos.  
 Brixia tormentis imitata tonitrua celi,  
 Fulgura missilibus, mittet in astra faces.  
 Nec cedet late Romana colonia Roma,  
 Aëlis cum a festis ignibus Aetna micat.  
 Et flammis alata volant vaga fulgura calo,  
 Sulfureo que vomit Machina vasta globos.  
 Benacus virreis letorum caput effret antris,  
 Applaudent nitidus flumina leta vadis.  
 Cenomanum festis resonabunt plausib. urbes,  
 Adria letitia plurima signa dabit.  
 Sic promer cum sole novo sua sydera tellus,  
 Concentusque dabit turba canora nouos.  
 Dumque puer sacri fontis lustrabitur undis,  
 Regia dulcisonis accinet aula choris.  
 Pierides doctis animabunt cantibus asras,  
 Harmonicos reddent organa tacta modos;  
 O quod ibi vocis varia concordia concors,  
 Aonia & quantum concinet arte melos;  
 Tale haud Thebanæ testudinis arbiter equet,  
 Nec Methymna & Lesbia plectra lyrae.  
 Nec quem Threicio mentitur fabula canu,  
 Detinuisse pigris flumina surda moris.  
 Regia dulcisono resonabunt atria canu,

Alter-

<sup>a</sup> Antonius Laurentij Longi Vrceorum  
 Nouorum Expræfeti filius primoge-  
 nitus, Antonij Longi Prætoris Brixiae  
 nepos natus an. 1642. die 17. Ianuarij.

Alternoque domus plaudet, & aula choro.  
 Sed breuis infantis concludet gaudia vita,  
 Namq. breui hic moriēs transferet ista polo.  
 Ambrosia, quam lacte prius, vel nectaris diuū,  
 Pascendus, celi regna beata petet.  
 Nam Deus Empyrea celsi qui regnat Olympi  
 Sede, sup Cherubim qui sedet, & Seraphim,  
 Qui mare, qui terras, superosqui cōdidit orbes,  
 Laurentis prolem neꝝ super astra vehet.  
 Qui primogenitum ut luit sibi lege sacrari,  
 Vel redimi, sanctum iussit & esse sibi.  
 Primigenam Longi prolem sibi sumet olympo  
 Celicolas inter, quos tulit illa domus;  
 Brixia letitia quantum gustabit in ortu.  
 Tantum maſtitie ex funere mox capiet.  
 Luce sacra Dñi nascens cognominis infans  
 Ostender diuum se fore in axe breui.  
 Aethereis prebebit ubi concentibus aures,  
 Ore canens sanctum concipietque melos.  
 Mente Deum pura, Solem sine nube, videbit  
 Respicens miseram, quā modo liquit, humū.  
 Huius ab excessu postquam se voluerit annus.  
 Et bissextilis februa Mensis ager.  
 Denorumque quater ieiunia sacra dierum  
 Incipient animas rite piare Deo.  
 Altera progenies cœlo demissa parenti,  
 Et patria nascens gaudia leta feret.  
 Ablatamque Deus geminato sonore prolem  
 Pensabit, patris gaudia prima nouis.  
 Aureus auulfo ramo non deerit alter,  
 Aurea virga pari fronde virebit adhuc.  
 Afferet auxilium Matri Lucia, beata  
 Qua tulit Elisabeth, cum paritura foret.

Qne

Quae lucem mundo peperit, solemq; perennem,  
 Qui mortis tenebras expulit orbem procul.  
 Virgineamq; rosam dabit huic Laurētus, edas  
 Ut prolem genitrix absque dolore nouam.  
 Natalisq; dies genitum qui educet ad auras,  
 Semper honoranda luce serenus erit.  
 Hoc nascente parens renirescet terra, tenebentes  
 Spirabunt Zephyri, verque redibit humo.  
 Floribus omnis ager se vesciet, aurea Longo  
 Incipient eui ducere filia Dea.  
 Scilicet hic Veneris sol alter surget ab oris,  
 Et gratum cunctis fundit ab ore inbar  
 Arridebit ei stellis felicibus ether, (Amor  
 Illi arcum, & pharetram sponte remittet  
 Seu velut auratis humeros armare sagitis,  
 Seu dextru ignitas sollicitare faces.  
 Seu perius iactare leues pueriliter alas,  
 Et dare neglectas post sua terga faces.  
 Eductus Paphia regione videbitur infans,  
 Pulcher & Idalia filius esse Dea.  
 Mox generosa Patris vestigia, Auique sequetur,  
 Quo melior Veneto nullus in orbe viget.  
 Quo duce mortales non asfernata penates  
 Astrea in terris degit, & alma Themis.  
 Et Pax Cenomani qua Longo preside gaudent,  
 Quaque Bianoreos leta reuicti agros. o  
 Italia reliquias mox se se extendet in oras,  
 Et tandem bellis ponet amica modum. (b)  
 Mox Stephanus Dongus Latia mittetur ab ur-  
 De-

---

o Io:Stephanus Dongus S.R. E. Cardina-  
 lis a Sanctissimo Urbano V III. an-  
 no 1643. pro Italiz pace legatus.

Oebalis Princeps splendor, honorque toga,  
 Qui gemu à prisco Longorum sanguine ducit,  
 Ianigenum fasces qui tenuere diu.  
 Qui Mauros domuere truces ductor Philippo  
 Et Pisaniorum fortia castra ducum.  
 Hunc paier Urbanus rerum suprema potestas,  
 Numinis in toto qui gerit orbe vices  
 Virtute eximium, multis ex patribus unum,  
 Eliger, ut pacis foedera constituant,  
 His pacis vexilla ferens in federa Regum,  
 Coniungit fortes, belli gerasque manus,  
 Instar oliufera, quam protulit Area Noemi,  
 Optat & referet germina Pacis, auis.  
 Abscedet, secumque trahens Discordia rixas,  
 Ducebat ad immites horrida bella Getas.  
 Et secum sua tela feret, que sanguine primu  
 Oblita fratnras sunt operata neces.  
 Secura terris redeant bona commoda vita,  
 Pax placida, Veritas, Pacis alnum quies.  
 Authores belli, turbatoresque quietis,  
 Cessent, Italia Mars abeatque procul,  
 Thracia regna petat, Scythicis moneatq; tyranis,  
 Arma, cruentatas voluat & Hebrus aquas,  
 Atticas iterum palmas, viicinique arma  
 Christicolum, Thracu Luna cruenta gemat,  
 Rursum & ad fontes Acheloum vertere fluctus  
 Cornua et in lachrymas mergere fracta suas  
 Depereant Scythici fastus, Ottomana tyranis,  
 Quaque Mahumetes somnia finxit Arabs,  
 Rursum Iudeis adipiret Gallia palmis,  
 Et sinat Austriae regna quiete frui,  
 Ludere cessabit qui ludo vicit, & armis,  
 Mortalis ludi discesset obire vices.

M Pelleo

Pelleo Regi similem, quem Gallitus orbis,  
 Non capit extinciu mox teget urna brevis.  
 Richeliusque parens à ciuis Gallia pendet  
 Conflis, moriens fata sequetur aum  
 Romanos iterum conuersa Britannia ritus  
 Suscipiet, veram cum pietate fidem.  
 Parebit prius Urbano glacialis Hiberne,  
 Vnusq; vnius pastor oulis erit.  
 In galeis mel pacis Apes Urbana recondet,  
 Quod mox celesti e flore beata leger,  
 Mella dabit pacis cunctis optata, Leonis  
 Adriaci dulces condet in ore fauos.  
 Auri'bus ista bibunt auidis dum numina coeli,  
 Dicentem properat nuncius ante Ioucm.  
 Inuidiam magni h pulsare palatia Olympi,  
 Inficere q; seido limina sacra pede.  
 Hancque Iouem petere, q terris arcana referre,  
 Astrorum Regi qua retegenda forent.  
 Tunc monstro turbata Deū per pectora saus  
 It paouor, Inuidia liuida tela paucent.  
 Arma parant omnes alacres, ut tempore, Diui,  
 Qu contra Anguipedes arma tulisse ferunt.  
 Agua corripiens subito Titania Pallas,  
 Belligeramque hastam vibrat ab ore minas,  
 Magnanimus Maiors ensim, Cyllenius harpe,  
 Sanguine quam tinxit casa Medusa suo.  
 Vulnificumq; arcum tedit pharetratus Apollo,  
 Clava statque minax Herculis irta manus.

Iuppi-

<sup>h</sup> Inuidia Iouis aulam repevit, vbi errantium Deorum Concilium aduentu suo turbat intercedente Momō admittitur.

Iuppiter arma capit manib; fabricata Cyclopi,  
 Qua faber Aetna Mulciber igne tulit.  
 Inuidiam statuant animis concordibus omnes  
 Confusam telis precipitare polo.  
 Forte ritem superis, sedes ne Dira beatas  
 Obruat, aut summi fascinet astra poli, (nu,  
 Momus adhac ridēs sub sanmat, & inde cachin  
 Tollens errantes increpat hisce Deos.  
 Quis furor ò superi, qua vos turbauit Erynnis,  
 Non hic Terrigena montibus astra petunt.  
 Arma gigantais non huc comatibus infert  
 Impius Enceladus, Centimamusq; gygas,  
 Nec Phaethontais exardet ignibus ather,  
 Debeat ut tantus corda tenere pauro,  
 Quod decus eff potest vobis, qua gloria, Diui,  
 Faminea in pena? Iuppiter equid agis?  
 Maxima pena strigis sit etea beata subire,  
 Queque cupit, vobis cuncta referre Deis.  
 Inuidie dolor est ingens aliena voluptas,  
 Et si quid pulchri cernit, iniqua gemit.  
 Vixq; tenet lacrymas, cu nil lacrymabile cer  
 Atque ubi ruta quies, irrequieta dolet, (nit  
 In semet miseram luuentia tela retronet,  
 Ipsa sibi pena est suppliciumque graue,  
 Utque inuis rabidis consumitur ignib; Aetna,  
 Viscera dira suis ignibus ipsa vorat.  
 Sic se, non alios, propria fornace perurit,  
 Inuidia, & proprio corda dolore ferit.  
 Liuorem refuga fodunt perspē sagitta,  
 Quoquo ali⁹ gaudent, angit⁹ ipse bono,  
 Sit lice⁹ iniustus Liuor, nil iustus illo est,  
 Namque premens alios, opprimit ante patrē,  
 Alterius misera gaudet mens inuidia sorte,

Cunctaque vicini commoda dama putae,  
Terugo feruum consumit, & inuidus ipsa  
Angitur inuidia conficiturque sua.  
Exsits fugere genis pallentia retro  
Lumina, Tanarius contegit ora color:  
Nulla domus, toruo quā non hęc lumine cernat  
Pestis amica malis, & inimica bonis.  
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,  
Lumina torna gerit, lingua venena vomit  
Risus adest nullus, nisi quem peperere dolores.  
Gaudia tabescit mox aliena videns.  
Alterius miserè rebus martessit opimis,  
Virtutem insequitur, corpus ut umbra suū.  
Ut segetem, canas ubi iam producit aristas,  
Florentem rodit cantharis, atque rosam.  
Sic quò celsa magis cōsurgit ad ethera Virtus,  
Inuidia rabies crescit acerba magis.  
Virtutemque loco depellere tentat ab omniis  
Ardet, & infelix in sua dama ruit.  
Inuidet hinc figulo figulus, fabroq; propinquus  
Arie faber, pauper pauperibusque miser.  
Pascitur in viuis Linor, post fata quiescit,  
Tunc suis ex merito quemq; tueretur honos.  
Hinc est, immixti quod viuis fama negatur,  
Et sua quid rarus tempora lector amat.  
Emius est lectus tacite viuente Marone,  
Et sua riserunt secula Mœniden.  
Rara coronato plausore theatra Menandro,  
Nasonem nerat sola Corynna suum.  
Ingrati veterem laudant h̄i Cesaris umbram,  
Hic prefert semper facta vetusta nonis.  
Liuidus obrectat præsentia lumina vultus,  
Net sinit adiutum crescere ludi opus.

Inui-

Inuidia caruit nemo virtutis amicus;  
Est raro felix, qui caret inuidia.  
Dicitur inuidia vulgo miseratio peior.  
Non nisi felices linor, & alta petiit.  
Horum nos miseret, quorum sors aspera sequit,  
Non monet inuidiam Cordus, & Iris inops.  
Inuidus ergo miser, sed non misérabilis ulli  
Sit, solusque omni liber ab inuidia.  
Linor inens stimulos generosis mentibus addit;  
Sic per fœda rosis allie crescit odor.  
Alcides, qui mille feras, qui conundit Hydram,  
Seuaque fatalis monstra labore manus.  
Comperit inuidiam supremo fine domari,  
Inuidia maior gloria rara viget.  
Hanc pestem, quicunque cupit vitare, decorum  
Virtutem, vel opes conteget ille suis.  
Dissimulet qui magna faci, nec propriaia ostendat.  
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.  
Magnamima heroum virtus non villa furentis,  
Inuidia tela, aut dira venena timet.  
Talis & Antoni virtus est inclita Longi,  
Regia Cenomansim qui modò sceptra regit.  
Qui velut imbrisferas nubes transcondit Olym-  
Hic decus inuidia manus in orbe tenet. (pus)  
Ipse ego qui culpas, & facta redarguo vestra,  
Si quid inesse vitijs si quid inesse potest?  
Imperierat iuro per stigmas paludis,  
Nil culpa, in tanto me reperiisse viro.  
Illius admirans sublimia gesta putavi,  
Non hominis, potius facta sed esse Dei.  
Dissidia, & luxus exemplo, ac lege coerct,  
Pronus, & effuso sacra fauore fouet,  
Quicquid erant Curij Roma, Fabijq; Camilli,

M 3 Quic-

Quicquid Fabricius, quicquid uterq; Catō,  
Est Laurentiades Venetis quo sospite laudes  
Vincet Romuleas Adria pacis amans.  
Hic miseris tuos pupillis adfuit, ultor  
Offensis, viduis, pauperibus pater.  
Semper & Inuidie contempnit tela maligne,  
Immortale sibi parvus tunc decus.  
Vos tamen audito tremefalli nomine Diræ,  
Qua Dij tot teli bella paratis, obe?  
Etsis nunc omnes armis, animisque parati,  
Accedat, dicat, quid nouissime valet?  
Dicta probat Momè stellantis rector Olympi,  
Ostia panduntur, Liuida Dira subit.  
Ast ubi cuncta videt nitido latissima cælo,  
In gemis, & lachrymis lumina torua madet.  
Sæpe mori voluit, ne talia cerneret unquam;  
Qualia nunc cælo cogitur aspicere.  
Pœnitet hæcse poli sedes subiisse beatas,  
Ac petiisse magis tartara nigra velit.  
Lucis inaccessa radijs, summaque verendum  
Maiestate lœuem, dum vider illa stupet.  
Vndique Cælicolum circumstat celsior ordo:  
Sedibus auratis quisque per astra sedet.  
In medio sedet ipse parens, princepsq; Deorum,  
Auricomumq; nitens exercit one iubar,  
Adstat ei coeli soboles, cui contigit uni  
Viure perpetuo, perpetuoque mori.  
Æterni cui forma manet variabilis Ævo.  
Exitiumque illi est viuere, vita mori,  
Nulla quies illi per quod refluitq; fluitque  
Natura, & varia statque, caditque vicet.  
Hic rerum series, Æuque senilis imago,  
Ætas incanis crinibus alba viget;

Hit

Hic Menses, clarique Dies, & nobilis Annus,  
Horaque distinguens tempora Solis iter,  
Ver, Aetas, Autumnus, Hys, Auroraque curva  
Aurea flammigerò, Luxque Colorq; micante.  
Hic Saturnus 2 adegit agenti frigidus astro,  
Nigra seni facies, horrida barba gelu.  
Tempora cui niuei velant annoja capilli,  
Grande supercilium, plurima ruga genis.  
Ingenio tamen ipse bonus, nec inutile peccus  
Consilijs, aut iam melioris herus.  
Secula quo terris Saturnia rego fuerunt,  
Instantisque anni n mox dominator erit.  
Aurea dum Longo sub preside secula redibunt;  
Malicebro 3 compes hunc inbet esse parem.  
Vitisq; rotinet duram sub peccato falcam.  
Vulcani pendet malieus à latere.  
Mercurius 4 geminis referens talaria plantis,  
Crine galericulum sustinet, arma manu.  
Cumque caduceo fulcata fulgurat harpe,  
Inuidiam postquam nouit adesse polo.  
Bellipotens 5 Mauors flammis ferroq; coruscat.

M 4 Pul-

i Jupiter, 1 Saturnus 2 Vulcanus 3 Mercurius 4 Mars 5 Venus 6 Luna 7 Juno 8 Iris 9 Pallas 10 Chloris 11 Pomona 12 Ceres 13 Cybele 14 Latona 15 Proserpina 16 Castor, & Pollux 17 Vulcanus, Portunus 18 Prometheus 19 Bacch. 20 Saturnus aurei seculi pater dominatur anno MDCII. Antonio Longo Brixie prætore, quam biennio rexit.

Pulchrior hic reliquis stat Cytherea 6 Dijis.  
 Fortis Acidalios sed cornibus armat olores,  
 Maiora ait Phœbe 7 cornua fronte gerit,  
 Hec Phœbi germana genas, & lumina pulchro  
 Ore refert, areum lœua remissa tenet.  
 Ocia neruus agit, pendent post terga sagitta,  
 Indociles errant colla per alba come.  
 Ponè Deum Regina sedet Saturnia Iuno, 8  
 Cui vestem pinguis lili signa spei.  
 Lilia Natura regalia sceptris, gigantes  
 Florum Telluris gloria, veris honos.  
 Adstat regnū Domine Thaumātia proles, 9  
 Areu præcincto versicolora polum.  
 Quo Longam terris diuino fædere pacem  
 Affore significat, pacificumque Deum.  
 Aetheris hac plures aduersa luce colores,  
 Quam Iunonis auis sole nitente trahit.  
 Pallas 10 oliui seris frōtem redimita corimbis,  
 Armatum quamvis agide peccus habet.  
 Et munit nitido candentia brachia scuto,  
 Belligeraque hasta, munera pacis amat.  
 Florib. hic vernās Chloris, 11 Pomonaq; 12 di-  
 Frōte gerit placida spicca ferta Ceres. 13 ues  
 Hic turrita Deū mater Berecynthia 14 gaudet  
 Prole sua, sedes aetheris una replet,  
 Et de se nati lēgatur honore Senatus,  
 Non hic Curetum bellica sacra sonant.  
 Que coluit Phrygijs occurrēs Dindymus astris,  
 Non trahit hic geminus plaustra supra Leo.  
 Bellipotens illi succedit Brixia terris,  
 Indigetum cultrix, alma parensque Deum.  
 Conomani currum domina subiere Leones  
 Longus, & Adriacus, magnus utroq; Leo.  
 Vellis

Vesta triumphatrix Italas Regna per urbes;  
 Brixiadum Regis gaudet honore sui.  
 Hic geminis Latona 15 suis Phœboq; Diana,  
 Gaudet, & occiso tuta Pythonne manet.  
 Assistit Matri Stygij iam lege mariti,  
 Libera Persephone, 16 & florea ferta gerit.  
 Cōcordis gemino radiat prope Castores 17 astro.  
 Alter & alterius fata subire cupit.  
 Qui fratrem Pollux alterna morte redemit,  
 Inter cœlicolas non moriturus adest.  
 Clauiger 18 insermet redemptum computat annū  
 Caucaseisque 19 notat sydera celis senex.  
 Vincula Caucasea parat hic ferrata carthena,  
 Qua ligat Inuidiam, si noua bella ferat.  
 Bacchus 20 Orontea perfusus tēpora myrrha  
 Armata thyrso collit in astra manum.  
 Bellica ferrato quo concutit Ismara telo,  
 Orgia Bacchantes qua celebrare solent.  
 Inuidia perimat, prohibet sed Iuppiter e quīs;  
 Hic diuos omnes ponere tela iubet.  
 Et præ exemplo deponens fulmina dextra  
 Contentus sceptro, nūribus astra regit.  
 Olli maiestas frontem tranquilla sorenat,  
 Aurea pax almo ridet in ore Ionis.  
 Aurata sub ueste regit Deus undique corpus,  
 Quam decorat limbo fascia sydereo.  
 Cœrulea bissenis cœlestia signa figuris  
 Gemmarum vario picta colore referi.  
 Aurea casaries fulget radiantibus astris,  
 Tergeminum crines cui diadema premis.  
 Regia diuino circum splendore coruscans  
 Mortalis visus lumina ferre nequit.  
 Berillis fulget paries, varijsque pyropis,

Hic calcatur onyx gemmat achate solum.  
 Argento radiant postes adamante columnas,  
 Aurum gemmifero pro laqueare micat.  
 Lemnius has ades gemmis extruxit, & ere,  
 Fuluo nullus eo est pulchrior orbo locus.  
 Hos ingressa lares pedibus scelerata nefandis,  
 Cœcutit tanto in lumine Dira o procax.  
 Quocunque incedit scelerum vestigia sigit,  
 Cœlestes plantis inficit aura domos.  
 Obsceno diuum fœtore palatia complet,  
 Horribili fœdans obvia quaque lue.  
 Hoc monstru pia ferre poli nec numina possunt,  
 Auertum oculos ora, naresque premunt.  
 Ut Iouis ad solum peruenit Pestis eburnum,  
 Pestifero tales edidit ore sonos.  
 Iuppiter astrorum cœli clarissime rex,  
 Qui solo nutu cuncta elementa regis.  
 Telluremque fones, ornas, pelagique frementis  
 Murmura compescis, symbiferosq; Notos:  
 Me licet esse putent hoës cane peius, & angues,  
 Nunc tamen infontem te relevare decet.  
 Semper enim colui superos, & numina Olympi.  
 Inuidiam vocitant, nomina deme, piam,  
 Non mea me uilitas istas perduxit ad arces,  
 O superi, vestra ast gloria, vester honos.  
 An non Cenomanum Reginam cernitis urbē  
 Affluere ethereo nestare, & ambrosia.

Mox

- Inuidia Furiarum pessima Iouem alligitur, & Antonij Longi merita, eiusq; familie decora breuiter p̄stringit, vt erates Deos ad Inuidiam, si possit, moueat.

Mox homines passim vitam diuumq; Iouisque  
 Ducturos fore nec qui putet esse Deum.  
 Vique fides dicitur sit, nec dubitabile verum,  
 Heroas Longos Iuppiter ipse vides,  
 Romulae qui gente sati dominantur in oris,  
 Adriacis, Venei signaque Regis habent,  
 (Hi quid enim possunt uia inuidisse Deorum,  
 Utlerius si illos pergere posse sinet?)  
 Quid desit Longis, in quo te laudib. sequunt?  
 Nil nisi thuris honor, cetera crede parvæ.  
 Haec me vera loqui dices, si ingentia facta  
 Aspicias Longa, vel bona cuncta domus.  
 Nam quacunq; viros facere, & seruare beatos.  
 Possunt, hi partis affluit illa bonis.  
 Quod si prima domus Longa repetatur origo,  
 Non cedat priscis nobilitate Deis.  
 Hæc gentus antiquo deducit sanguine diuum,  
 Cuins principium via meminisse reor.  
 Pullulat à Longo regum radice propago  
 Longorum, in ramos exeriturque suos.  
 Ductur à Longo à Celtarum rege vetusq;  
 A Ianu genitus qui pronepote fuit.  
 A vino Ianum veteres dixerunt Noemum,  
 Vitisator primus vina reperta dedit.  
 Vectus in Italiam qui Celica regna Nepoti,  
 Mox Iapeti nato tradidit, ille Drus,  
 Inde satus Bardus Longa mox sceptrâ reliquit

M 6 Gal-

---

E Lucius Longus Rex Celtarum anno  
 Mundi 2145. Iacobi, & Esau Fratribus 35.  
 Amatoris Assyr. Regis 8. ante Christum  
 1815. Alex. Scutetus, & Berolus Chald.

Gallica, Longa genus gens trahit unde suū .  
 Heroum per mille gradus, seriemq; virorum,  
 Ad magnum tandem iam resoluta virū est.  
 Qui Laurenti satus Veneti splendore Senatus ,  
 Cenomantum fastus, seeptraque auita tenet .  
 Hac Reges Celtes, Thuscos, Troasque, Latinos,  
 Gens tulit, Albanos, Romuleo que patres ,  
 Hinc quoquaque fuit deducta colonia Roma,  
 Protendit ramos Longa propago suos .  
 Insulæ, Venetas Ligures, Calabrasq; p urbes,  
 Perque subalpinas, Sarmaticasque viget .  
 Parthenopes hec regna colit, Ianique bfrontis,  
 Mania, Parma suos hec tibi misit auos .  
 Regna Chij, Cretæque diu possedit, Iberos  
 Afros & Syros rexit, & Ausonios .  
 Romuleas, Venetas, Ligures moderata securest,  
 Tres fastos titulis condecorauit auum .  
 Hec clarum Longa retinet cognomen ab Alba ;  
 Et genus Iliaco sanguine nata domus .  
 Inter patricias à centum patribus ortas  
 Progenies Roma floruit urbe diu .  
 Ip'a patres F prima nascentis origine Roma ,  
 Inde Magistratus protulit innumeros .  
 Inlyra, Consulibus, Censoribus, atque Tribunis,  
 Mille

F Anno mundi 3302. ab excidio Troiae  
 432. Romæ conditæ an. i. Romul. creauit ceatum patres quorum progenies  
 patricios dici voluit. Liu. libr. i. Dion.  
 Halicarnasseus l. 5. antiqu. Rom. qui L.  
 Atilium Longum tribunum militum  
 Consulari potestate anno vrb. Cond.  
 310. patricium fuisse assertit .

Mille Senatorum, Pontificumque togis.  
 Hac gens purpureis Romæ decorata galeris ,  
 Fulget, Cardineos enumeratque patres .  
 Qualis nunc Stephanus verso cognome Lōgo .  
 In Dongum Tyris gaudet honore toga .  
 Arbitr' Italica Pacis qui menia Mantus,  
 Mercurio maior missus ab urbe petet .  
 Hac pace & bello gens clara togisque sagisque ;  
 Palladis & Maris vendicat omne decus .  
 A Longis quid gesta canam Mauortia bellas  
 Excisæ urbes, vulsaque castra manus .  
 Quid decora, et palmas, quid mille tropha triuī  
 Euerasq; arcus regna subacta iugo. (phos,  
 Hac gens omne virū pariter pietate, vel armis .  
 Protulit egregium clara domique foris .  
 Diuina, humane sophie, legumque peritos,  
 Insignes equites, militiaque duces .  
 Quorum facta truces hostes, tyranni ,  
 Fata quoque audaces extimere minas .  
 Pontifices satris, Pastores gentibus almos,  
 Praetoresque dedit ciuib; atque patres .  
 Agminibusque duces, prefectos classibus, astris .  
 Cœlicolas, nemo quos numerare queat ,  
 Quis pia dininos tellus imperit honores ,  
 Erectique aras, sacraque thura dedit .  
 Hac gens prima Deos, quorū vos nomina fertis .  
 Susuli, & quauius templa vetusta solo .  
 Hinc Sempronides veterū simulacra Deorum  
 Frangit Tarpeio, precipitatque ingo,  
 Exuritque specum Mythre, Bromiq; Niphiq;  
 Atque Heliū statuas, præsque signa Deum .  
 Et acta ast iamdudum nequeo renocare, futuris  
 Sed dñis cupio ponere posse modum .

Indigetes ne terra nouos veneretur, adores,  
Diuorum veterum ne minuatur honos.  
Præceps omnes, siueque recentes  
Heroas, caelo quos domus ista dedit.  
Vnus pra reliquis Antonius eminent heros,  
Ingens purpureus splendor, honorque rosa.  
Qui summis semper decoratus honorib. vibem  
Cenomanum iusta nunc pietate regit.  
Franciscus. 182 quos rexit auius iustissimus oly,  
Bergomeisque simul maha cessa iugis.  
Addixitque reos detentos carcere remis.  
Inde irremis eis Longa repleta fuit.  
Celticus Alcides ex quo stirps Regia Longi  
Celerum Regis venit in Italiam.  
Cenomanusque suos, Ligeris qui rura colebant,  
Duxit, ubi flauo flumine Mela fluit.  
A se prostrati dedit his insigne Leonis,  
Quod gerit antiquo stemmate Longa domus,  
Vnde genus ducens Laurentii filius Hydras  
Contudit, immanes perdonuitque feras.  
Altior humanis celestia munera obire,  
Est ausus, nec quo progrediatur habet.  
Herculei ciues Alcidae applaudere Longo,  
Gaudent, Io Paan, ieq. triumphe canunt.  
Quin nouus Alcides antiqui vincet honores,  
Obsterit presto prouida cura Deum.  
Amplius Herculeas ne iactet Fama columnas,

Alci

182 Franciscus Longus Prætor Brixie anno 1582. qui Bergomi Prætor fuit anno 1577. & pollea Patauij Prætor electus fuit anno 1684. Burlatius, Mattheacius, & alij in Panegyr. A. Long.

Altida veteris nec monumenta canat. 183  
Huic Crema perpetuis posuit monumēta colū.  
Vtterius virtus scilicet ire nequit. (mis)  
Effigies illi posuit Vicetia, pulcros  
Et Verona arcus, unde triumphet honos:  
Vnde superba viri se tollat gloria caelo,  
Quantum se Virtus collit ad astra potens.  
Hac fregit montes planū, per ardua cunctis,  
Fecit, ut ad cælum Gloria currat iter.  
Testis Bacchilio laudato dines Incho,  
Qui iuuenit quondam maxima facta stupet.  
Alta Crema vasis vallavit mania fossis,  
Ædibus ornauit, porticibusque nouis;  
Turribus, ac fanis decorauit, abenagi Martis  
Sub celo posuit fulmina vasta nouo.  
Ægro, inopi firmas edes, & tecta locauit,  
Attritam Cererem pauperibusque dedit,  
Fugit saua lues, & lurida Mortis image,  
Vi Verona tuos artigis ille lares.  
Olli larifero pestis Pythone perempto,  
Panitia Aoni concinuere Dec.  
Tale Philarmonica Brenni tecincere Camens,  
Quois argumentum Longus Apollo dedit.  
Aspe-

183 Antonius Longus prætor Vicetie anno Christi 1623. Crimæ an. 1627. Vero-  
na anno 1631. de eius laudibus typis  
centum Panegyricos Lucr. Burlatius e-  
didiit. Fratriculus Pona in descriptio-  
ne Contagij Veronensis, & alij.

Specu tremefacta gryauit Discordia fugit,  
Tartareisque umbris condit Enyo caput.  
Hoc posuit mandante fere spectacula pompe,  
Mors, & funeribus trux Libitina modum.  
Pratorum sedes, excelsa palatia caelo  
Verona erexit, confabibusque domum.  
Theuronicas Venetii Harpns expulit oris,  
Monstra Bianoreas depopulata plagas.  
Bellorum morus potuit frenare licentes,  
Militia priscum restituuisse decus.  
Hic Thuscus Reges, quā misit & Austria cepit  
Reginam a hospitiū vidit Apollo dapes,  
Sic Latia Reges exceptis in urbe Bithynos  
Cassius, hospitiis dona deditq; suis,  
Ut Regina Austri Salomon, Antonius Austria  
Est dominus sapiens visus honore pari.  
Sepiū obsequiū stratas in Apolline mensas,  
Quo nihil cedebant, laute Luculle suis.  
Nec vestris cesserit Dei coniuua coenis  
Longa, quibusq; aderat nectar, & Ambrosia.  
Maxima regali splendebat mensa paratu,  
Vincebat solis aurea vasa iubar.  
Est modus argento nullus, cœlata Myronis.

Pocu-

- 
- a Maria Magdalena Medicæa Archiducæ Austriae, Dux Hetruriæ Ferdinandi II. Imperatoris Soror cum Principibus Hetruriæ ab Antonio Longo Veronæ Prætore regali hospitio excepta fuit anno 1630. Franciscus Pena in descriptione contragij Veronenfis. pag. 137.  
b Laur. Longi A.F. Elog. pro Maria Magdalena Serenissima Austriae Arciducæ.

Pocula, cum paters Mentoris arte nitent,  
Victa quibus cedat signis laudata Corinthus.  
Nec cenas iactet iam Cleopatra suas,  
Oppipara que dapes aderant, epuleque parata,  
Quas mare, quas aer, terra polusque tulit.  
Illis praē dapiibus nil sunt tucta potentum  
Esa ducum, & penitus pauci superbe tuis,  
Nil perdidit, nimia aut moriēs pinguedine turrit  
Phasidis aut volucres turde, columba, nibil.  
Ambroso passim spumantia pocula succo  
Dulcia nectareo vina liquore dabant.  
Flores Flora tuos vincit Pomonaque fructus  
Vidisses illis, quos ibi mensa dedit:  
Inuidiamque tibi mouisse Iuppiter esē,  
Qualis non vobis esē, dapesq; Dei,  
Inuidiosa Deis coniuua Iuppiter ergo,  
Aequa mente ferest amplius ecquid habet?  
Quid possit Virtus, quā summa potentia fulcit,  
Nost. Sed quid eum talia posse simis?  
Discordes populos Gardoni hic pacé beatit,  
Quos nemo potuit conciliare prius,  
Inter Auogadros Martinengosque, Chinellos,  
Et Rampinellos factio nulla manet.  
Hosce Gibellini Guelphiq; furoribus actos  
Iam dudum is pacis fædere iuxxit amans,  
Quos annos supra centum vexarat Erymisi,  
Saenq; cogebat prelia inire furor.  
Pacificum kunc multi patrie dixerunt parentem  
Herois meritis cuncta minora putant.  
Si queratur honor tantis virtutibus equus,  
Humano longè maior honore fuit.  
Illius humanam supereret cum gloria fortis;  
Heros diuinum vendicet ergo decus?

Numi-

Numinis inßtrum populi veneratur, adorat,  
 Effigies ponunt & simulacula viro,  
 Hic priſcos agit orbe Deos, & nomina vana  
 Numina, que gentes tot caluere vocat.  
 Detestatur enim Veneris monumenta nefanda,  
 Odii Mercurij furtæ, dolosque fugat. (chi.)  
 Hinc temulenta patris proturbat gaudia Bac-  
 Orgia Bacchanalium pellit ab orbe procul.  
 Hic Martis pugnas, cades, & iurgia, lites.  
 Discordesq; animos damnat adulteria;  
 Illuuiem scelerum, & luxus fadissima regna  
 Tollit & exceptio ciuib; ipse praedit.  
 Occhia, luxuriam depellit nonpe sagittas,  
 Atque arcus frangit blande Cupido tuos.  
 Libera cum Momi maledicta, pudenda Priapi,  
 Præsidis hortorum gesta, iocosque fugat.  
 Vertumnus, Proteique dolos, variisque figuræ,  
 Ditis auaritiam, falciferique senis.  
 Junonis tumidos fastus, Phœbique furem,  
 Odit, & instabiles Cynthia pulchra vices.  
 Vos superi hac audiſſe reor, cum terminet astris  
 Famam, quam poterit tollere nullus dies.  
 Hoc duce Cenomanum regina superba Leone  
 Turrigena Cybeles vendicat omne decus.  
 Si Phygia domina currum subiere Leones,  
 Hec Veneti, ac Longo vecta Leone Dea est.  
 Si Cybele partu fertur latata deorum,  
 Haec quo habet ciues, tot tenet una Deos.  
 Aeraque Curetum melius resonantia ſistris  
 Hec Campana quatit, nec Corybante caret.  
 Quippe Sacerdotes, quos vidi thura ferentes,  
 Brixiadum Regi, ſacra frequenter agunt.  
 Diuinis adiunt ibi fida silentia ſacris,

Indi-

Indigetes, patrios quos colit illa Deos.  
 Virtutes celebrent, tollantque ad sydera gesta,  
 Esto, mortalis tot meruisse potest.  
 Ast quis, cui diuum tangat præcordia cultus,  
 Quis, cui sit cordi religionis bonus,  
 Quis pius hunc tandem superiū dignetur honore?  
 Aequalem summ o quis ferat esse Ioui.  
 Non modo fama Numi huc simile ſimileq; Ca-  
 Ast vobis ipſis prædicat eſſe parem. (toni.)  
 San ego Cælicola pia talia ferre neuiqui,  
 Nec tu, ſi sapias, Inppiter iſta aferes.  
 Nec Cybeles matris decus uſurpare deorum.  
 Brixiadum dominam numina veftra ſinēt.  
 Quod ſatur humanis quisq; meditetur honores,  
 Diuinos, ingens quis neget eſſe ſcelus?  
 Hoc ſummum per facta decus ſublimia Lögus,  
 Quarit, mortali in aior honore viget.  
 Talia conatum coeleſtia numina multum.  
 Permittenti: Talem perferet ira Ionis?  
 Huic ego ni rotis obſtare viribus una  
 Aufa forem ſummis par foret ille Deis.  
 Vel ſaltē Venetis Princeps regnaret in oris.  
 Huic premeret Regis vel diadema caput.  
 Non quod is affecet regnum, ſed regia Virtus,  
 Et mores digni regibus hunc decorant.  
 Me tamen heu victam fateor perſeppe fuiffe,  
 Officere & tanto nil potuisse viro.  
 Ut cum Verona prætoria ſtruxit, & edes,  
 Dignaque Principibus Atria Consulibus,  
 Pondere nam veluti palma inclinata reſurgit,  
 Et vietrix celum tollit ad aſtra caput.  
 Haud fecus Antoni virtus inuicta furor  
 Reficit uſque meo, & maior ad alta ſalit,  
 Iam-

Iamque meos fines Longus virtute reliquit,  
 Maior ab aduersis gloria venit ei .  
 Illius in natum converti victa furorem ,  
 Aemula cui virtus facta paterna refert .  
 Sic clarum niter ore decus , sic regia fronti  
 Gratia , sic animi dotibus extat honos .  
 Sic patris claris virtutibus extat imago ,  
 Et relinqua sui gloria surgit auti .  
 Hunc ego lethiferis aggressa repente coegi  
 Agrotum succis reddere membra toro .  
 Mox ne fata viri remoren tur funera , cælum  
 Consecendi auxilium nunc peritura tuum .  
 Fac precor , ut fatis properatibus occidat eger ,  
 precipiti ut corpus funere reddit humo .  
 Ne tua contemnat victricia fulmina Laurens ,  
 Lauri nomen habens te iacula te cadat .  
 Antoni prolem maternus deuoret anguis ,  
 Stemmate quem patrio mater Hosanna gerit .  
 Amplius angueinos ne ludens intret hiatus ,  
 Nec placido rursum exeat ore puer .  
 Sed serpens illum flatu necet , aut premat ore ,  
 Net vino nato mater Hosanna canat .  
 Vi solijs viduata iacet Parnassa laurus .  
 Vi sine sideribus nox , sine Sole dies ,  
 Vi sine flore carens squalentia prata nitore ,  
 Sic sine prole parens mæsta dolore cadat .  
 Et genitor cari spectato funere nati ,  
 Marore oppressus concidat , ac pereat .  
 Sic gemina cythara concordes , pollice tacta  
 Altera si fuerit , altera sponte sonat .  
 Omnino patri similis Laurentius ipse est ,  
 Ac concors , eadem mens in utroque manet .  
 Hunc ingens animi virtus , & Martinus ardor ,

Inc i-

Incitat , & patrini cogit in arma Leo .  
 Virtutes , moreisque patris iam filius aquat ,  
 Et factis similis , ni moriatur erit .  
 Pyrrhus Alexandros genuit , sic fortis Achilles  
 Pyrrhos , sic similis fontibus unda fluit .  
 Sic aquile generant aquilas , similesq; Leones  
 Ipse Leo ; proles par , similiisque patri est .  
 Si cepis ergo parem superis mos tollere patre .  
 Quia perimam natum Juppiter , affer opem .  
 Nam sine te spes nostra cedit , vis deficit omnis .  
 Sapientia hunc volui perdere , nec potui .  
 Ut cum Cenomanum discedere vellat ab arce .  
 Cuius Mars alter rexerat arma din .  
 Quam bene muninti , vallis circumdedit altis .  
 Hostis ab insidijs unde romonit iter ,  
 Nocte , dieque vigil lustravit menia , lapsos .  
 Militia mores reddidit , atque decus .  
 Dum discessero tormenta vomentia flammis  
 Plandebat superis emula fulminibus .  
 Accessi , turbare volens noua gaudia luctu .  
 Fulmineaque manu sum iacula facies .  
 Quis concepta tubis epleris nutrimina flam .  
 Hauserunt ignes b sulphuris aro cauo .  
 Protinus horrisono crepuit bombarda fragore .  
 Aera per liquidum fragmina sparsa volat .  
 Nescius arctari prorumpit in ethera puluis .  
 Astantes perimit flamma repente vivos .  
 Ast citus Fortuna meos elusit , inanis  
 Quis mibi Laurentem perdere cura fuit .

Nuper

---



---

b Bombarda facta in discessu Laur. Logi  
 Pref. ex Vrceorū Nouorū arce an. 1641.

Nuper ut extinxi tormenti glande Ioannem <sup>2</sup>  
Longum, qui Martis clarus honore fuit.  
Integra cui lustris non addita quatuor stellas,  
A me nec illi cum properata fuit.  
Ostenda fraterna gerens nam signa superstes,  
Cruribus amissis non fuit ille diu.  
Vulnera sed missa periret, non communis armis,  
Pro quo pugnauit, nunc iacet ille solo.  
Sic nunc Vrceolum Laurentius arca iacret,  
Et foret vrecolis apta pemptus hunus.  
Ni Fortuna meis esset contraria votis,  
Extinctus Laurens tunc cecidisset ibi.  
Fragmina abena manu Fortuna auertit amico  
Ictus ne eaderet, cui nimis ipsa fauet.  
Coniurata simul Virtus quem tollit in altum,  
Sortis & instabilem continet axe rotam.  
Belligerat tractare manu iam fulmina Martis  
Assuetus temnit tela trisulca Louis.  
Si dare crudeles par est Salmonea poenas,  
Qua Phlegethontis flyx fluit atra vadis.  
Hic impune tuos tonitrus imitatur, ut ille,  
Tormentis belli, & fulmina missa polo?  
Quis neget esse Loue vibrante fulmina Longū,?  
Quin mox, ni caueas, te loue maior erit.  
Humana lustres iterum sub imagine terras.

Ac

<sup>2</sup> Ioannes Longus militum Praefectus in Belgio, dum strenue pugnaret, tormentariapila ictus interiit. Hugo Grotius in Epigramm. libr. 1. Annal. Belgici.

Ac hominis vultus induit, cernes virum.  
Corpo si valeat, firmis si viribus heros,  
Ut solet cretatur, nunc tamen ager adestit.  
Omnia tunc cernes oculis me vera locutam.  
Aspicias oculis omnia vera tuis.  
Si per eū dextra fuerit tibi fulmen ademptum,  
Dic homines quid, se quo vereamur, habent &  
Fulmina vibravit Cremesis in cythus armis  
Longus, & Vrecolis nuper in arce Noui.  
Nunc pater insecta virtū noua fulmina vibrat,  
Qua ferunt animos, & fera corda mouent.  
Arguit ut fontes, praferit grauitate Tonantem.  
Ingena verborum fulmina ab ore facit.  
Ut ferit aerias sublimi vertice terves,  
Et inga, seu montes fulminis ira petat.  
Haud secus hic tumidos fastus, nimisq; subbos  
Prosteruit, domitos victor ad ima premuit.  
Submissos, humilesque animos ad sydera tollit,  
Saxa disrumpit, ferrea corda domat.  
Fulminibus Martis Pradones terruit, alta  
Quos Ville Clare cepit in arce modo.  
An tibi sacra gerit fulmen Regina volantum?  
Hac etiam Longis tela trisulca gerit.  
Fulmineumque Leo vibrat Mauortius ensim,  
Atque giganteis austibus astra petat.  
Ut te vel proprio deturbet ab axe tonantem,  
Longus enim semper surgit ad alta LEO,  
Crescit, & argetur Longorum vivida virtus.  
Viribus iniuctis, nec tua tela timet.  
Iam maiora petit quecumque humana persona,  
Inque dies maius concipit illa decus.  
Vilima sola Deo superstes, Nabath, aq; thura;  
Fulmina qui demit, mox quoq; thura feret.  
Vira-

V iraqi, credo mibi rapiet, cum fortia dextre,  
 Spicula sustulerit, tollere thura leue est.  
 Quid diuis iude reliquias thura cremenatur,  
 Et dat ei in sacris thuris acerra decus.  
 Et quos dinorum numero gens Longa reconsit,  
 Inter coelicolas, quos pia Roma colit,  
 His creda sacris de more altari a sumant,  
 Sapientis in templis thuretus ardet honos.  
 Quis simulacra typis impressa dicuntur ahenis,  
 Effigies Longis sculptaque, picta nitet.  
 Hinc tibi rapta reor fragranzia thura, bidetes,  
 Fulmina, & effigies, quid tibi nunc superest?  
 T alia summe pater celo spectabitis ab alto,  
 Ecce miti poteris talia mente pati?  
 Nonne tui vindex cultus meditabere poenas,  
 Quae pereat sceptris amulus ille tuus?  
 Mox homines curare deum mortalita nullum  
 Et merito credent, si nibili ista facis.  
 Et tu mox tanti penderis in orbe, Deique,  
 Quantu sit refusus vitor alga maris.  
 Ergo si qua manet pietas, que talia curet,  
 Si tibi sunt cordi cultus, honorisque Deum,  
 Mortiferi coeant aspectu sydera, caude.  
 Scorpius effundat dira venena sua.  
 Laurenti Longo brevia data stamina vita,  
 Sic decori egregie consulis ipse tuo.  
 Nam merore pater victimus, nimioque dolore,  
 Ut sibolis cernet funera, sponte cadet.  
 In nato genitor viuit, lumenque parenti  
 Aufers, si natum perdis, uterque perit.  
 Laurentis coniux etiam cum prole peribit,  
 Quam nunc ventre gerens est partitura breui.  
 Illius ob lethum nimio conficit dolore,

L I B . I I I . 289  
 Ni pereat, iam res Iuppiter acta tua est,  
 Iam sileat celebrata tui cunabula Creta.  
 Gens ubi Longa dum iam dominata fuit,  
 Herculis, & Bromi sileant natalia Thebae.  
 Et geminos partus Delia Terra, Deus,  
 Adria nam melior Thebis, & Apollinis Urbe,  
 Maiores istis est partitura viros,  
 Adria nimurum Dictatis imperat oris,  
 Te ut loue maiores monstrat habere Deos,  
 Quid finis ergo tuis Venetos dominarier oris,  
 Quos Longus Veneta duxit ab urbe Jacob?  
 Creta Iouis magni tum facta Colonia Logo  
 Paruit an Longo subditus ipso manes?  
 Nam tibi Gnoissacas Longus Dux abstulit oras,  
 Chius adhuc Veneto regnat in orbe genus,  
 Hi pereat, nunquam tutu statione manebis,  
 Nec sui erit superum regia tutu Deum.  
 Nam si diuinos mortalis sumat honores,  
 Quomodo tutu putas sceptra suprema fore?  
 Tu tibi iam fer opem, rerum cito consule sumas,  
 Ni pereat Longus, mox tua regna ruent.  
 Vix ea dicta dedit Linor, cum excanduit ira  
 Iuppiter, & superos saior ira tenet.  
 Talia ab Invidia votis ardenter austi  
 Depositas poenas quilibet arma quæsit.  
 Murmura dant oës superis, surguntq; frementes  
 Et clamant, pereat Linor, ab axe ruat,  
 Aurea scela(malum) conantur auertere quis non  
 Oderit, aduersus nec farat arma lucem?  
 Insignem pierate virum qua tollere tentat,  
 Quo nullus toto iustior orbe manet?  
 Cuibus & insignes laudes, praclaras, gesta  
 Virtutis Linor dissimilares nequit.

Omnibus est animus diuis exlestibus, armis  
 Ut fodiant, perimant, dilaniant que Strigem,  
 Quaque fuere prius correpta micantia tela,  
 Expediunt dextris, Inuidiamque petunt.  
 Spicula contorquent omnes, iam ferrea grādo,  
 Telorumque seges undique iacta ruit.  
 Impia Strix iaculis petuit, stridore fremitq;  
 Ictibus horrificis contremuere poli.  
 Ultima fata ruens Pestis tunc passa fuissest,  
 Fœdaque mens rabido pectora pulsâ foret.  
 Errant nisi Rex astrorum voce, manuque  
 Sedasset morus, Cœlicolumque minas.  
 Afferit esse nefas dictu cœlestia diuum  
 Fœdari Inuidia tela crux nigro.  
 Crepiamque neci iussit decodere Olympo,  
 Preperibusque alis accelerare fugam.  
 Iussa tuis subito stridensque gemē q; facessit  
 Pestis, & Aerberos deserit acta lares.  
 Fraudibus inde suis terras delusa petuit,  
 Dilaceratq; gemens vngue rigente genas.  
 Nec tamen elusus diffidit viribus, ausum  
 Deserit haud ceptum, sed magis ira fuit;  
 Anguineas quatiensq; cornas, nigrumq; venenū  
 Ore vomens Longo dira minatur adhuc.  
 In superos maledicta Deos conuicia iactat,  
 Execrata polum Tartara versus abit.  
 Flestere si nequo superos, Acheronta mouebo,  
 Inquit, & infernos sollicitabo Deos.  
 Sed prius ad Parcas dicit me sua cupido,  
 In vitas hominum ius quibus esse scio.  
 Sic ait, atque nouas fraudes excogitat astu,  
 Quies ventura sibi prospera vota putat.  
 Stamina net hominum dure, direq; sorores,  
 Nil

Nil quibus in toto saiuus orbe manet,  
 Vitales hominū celeri nent pollice cursus;  
 Ferratis pensis secula longa irabunt.  
 Aurea ni inbeat deducere stamina Phœbus,  
 Vitales rebus dantque, adimuntque vices.  
 Arbitrijs harum mortalia s; antiquæ, caditque,  
 Et vel longa ferunt tempora, vel brevia.  
 Hinc multi pereunt primo sub flore iuiente,  
 Hinc longeua cadit plurima turba senum.  
 Non aurū curat, quo dives Crœsus, & Ancus?  
 Non durum molli cor male suada famas,  
 Nil iauat egregij frontes ornasse corollis,  
 Armisq; Marti tingat ut ora pudor.  
 Cessit Alexander, Cesarque, & fortis Achilles  
 Parcis, illorum nunc tegit ossa la pis,  
 Non surdas flectit dulcis facundia lingue,  
 Nam pater eloquij Tullius ipse perit.  
 Nec iam sacilegas vel nos, vel nostra verentur,  
 Non Phœbum, Musis non Helicona sacrum.  
 Cingit odoriferis Phœbus pia tempora lauris,  
 Vasibus hæ nocturni tristia sorta comis.  
 Hinc pater Iliados cecidit diuinus Homerus,  
 Et tuus hinc perit, Manria clara, Mars,  
 Hyrcana Parcis admirunt ubera tigres,  
 Immanes diras progeniere ferat.  
 Hinc hominum Parcæ didicerūt parcere nulli,  
 Vnde trahunt nomen parcere quod nequeat,  
 Has vita inuidisse hominum scilicet iuinda Pestis,  
 Non uitæ esse suis congrua corda dolis.  
 Hinc sibi tabescens sperat lenire dolores,  
 Inuidia, hinc sperat vota secunda fore.  
 Haud mora, præcipiti cura descendit ad ades,  
 Nent ubi fata Deo, pulsat & inde fores.

Tunc aduentantem teta nouere sorores ,  
 Fitque aditus facilis, Ianua sponte patet.  
 Excipiunt Diram Parca, dein oscula iungunt  
 Moxq; iubent fari, cur venit, & quid auer?  
 Quicquid i arte sua valeat pmittere, quid quid  
 Vult, inbeat p promptis nil graue namq; fore,  
 Illa ubi iam potuit curas laxare prementes,  
 Et tremula questus edere voce novos.  
 Mestis truces lacrymis Parcas effusar obortis,  
 Singulu medios sape secante sonos .  
 Vos mihi, art, misera p fons afferre pot stis ,  
 Auxilium morior, ni cito fertis opem.  
 Hei mihi, que semper vici fortissima queque;  
 Pellar ab iniuncto nunc superata viro.  
 Olim terrigenas in prelia sua Gyantes  
 Adorans superos ausa monere Deos .  
 Coelicolum potui confundere gaudia luctu ,  
 In regno pacis bella ciere ferox .  
 Mox fratru fuso maculaui sanguine dextras,  
 Menia fraterno tincta cruore madent.  
 Alternos fura tugulaui cede nepotes  
 Cadmeos, matrem hic festulit, ille patrem.  
 Occidit Matrem Furijs agitatus Orestes ,  
 Seus idem Latia fecit in urbe Nero .  
 Inde Neoclides patrijs procul attus ab armis  
 Hinc Sophieq; parens atra venena bibit .  
 Jamque meis magni, in Poenos ardentia Martis  
 Fulmina, Scipiada succubuere dolis.  
 Funditus Iliacam potuique cuertere gentem ,  
 Cum verfa in cineres Dardana Troia ruit .  
 Diuersa exilia, & diuersas querere terras  
 Viribus illa meis gensque coacta fuit.  
 Innumeros pocui bellorum excire tumultus ,  
 Reges,

Reges, & populos cladibus afficere .  
 Romuleas toties potui miscere secures ,  
 Cuncta meisq; dolis vertere regna solo.  
 Ipsa ego Tarquinij succendi corda superbi,  
 Vi Regem sacerum perderet ense suum.  
 Qui quater vndenos Rom & regnauerat annos ,  
 Terque triumpharat Thusea trophea gerens ,  
 Longius haud volui Logu a trahere Quiritti  
 Scepera, sed in patrem me duce nata surit.  
 Hanc ego, coniugio scleris mercede parato  
 His docui dictis extimulare virum.  
 Quid iunxit esse pares, te nostra eade sororis ;  
 Meque tuus fratris, si pia vita places.  
 Viuere debuerant & vir meus & tua coniuge .  
 Si nullum ausuri maius eramus opus .  
 Et caput, & regnum factum est dotale parentis .  
 Si vir es, indicias exige dotis opes .  
 Regia res scelus est, sacero cape regna necato ,  
 Et nostras patrio sanguine tingi manus .  
 Amplius expectare pudet, rape sceptra Quiri  
 Sat meus in Latia Rex fuit urbe pater.  
 His ille insinuatus saceri priuatus in alto

N 3 Con-

a Seruius Tullius Long. gent. Rex Sextus Romanorum anno Mundi 3477. Quinte etatis 538. Salathielis ducis Hebreorum 11. Transmigrationis Babylonicae 42. excidij Hierosolymit. & Iosephus Pontif. Iudeor. 31. Euilmerodachi Babylonior. Regis an. 6. Imperij Babylonici 144. Olympiad. L. an. 4. Verbis cond. 176. ante Christum 576. Iacob. Sal. in annal.

Concedit solio, vulgus ad arma vuit.  
 Hinc crux, & cedes, infirmaque vincitur etas,  
 Scetra gener socero raptis superbis habet.  
 Ipse sic. Exequiis, ubi erat tunc Regia, cæsus,  
 Concidit indigna eade cruentus humo.  
 Tullia carpento patrios iniuria penates  
 Ibat per medias altas, feroxque vias.  
 Corpus ut aspergit, lacrymis auriga profusis,  
 Restitit; hunc tali corripit illa sono.  
 Vadis, an expetas preium pietatis amarum?  
 Due, ait iniurias ipsa per ora rotas.  
 Me suadente patrem calcanei Tullia currit,  
 Quem super attonitos senior egit equos.  
 Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa.  
 Vicus, & eternis res ea pressa notis.  
 Post tamē hac aura est tēplū monimēta parētis  
 Tangere, mira quidem, sed tamē aetaloquar.  
 Signū erat in solio residens sub imagine Tulli.  
 Dicitur hoc oculis opposuisse manum.  
 Et vox audita est, vultus abscindit nostros,  
 Ne nat & videant orā scelestā mes.  
 Veste data legitur, vetat hanc Fortuna moueri.  
 Et sic ē templo est illa locuta suo.  
 Ore reueluo cui primū luce parebit  
 Seruus, hac positi prima pudoris erit.  
 Parcite matrone vetitas attingere vestes,  
 Solemnē satis est voce mouere preces.  
 Sic latuit post hac Romano teclis amictu,  
 Qui sceptrum Latia sextus in urbe tulit.  
 Arserat hoc templum, signo tamē ipse pepercit,  
 Ignis opem nato Mulciber ipse tulit.  
 Signa deditq; patris, tunc cū caput igne coruscō  
 Cinxit, ei que comis flammeus arsit apex.

Non

Non minus exarsi, cum Tullius alter habenas  
 Imperij Latia cepit in urbe nepos.  
 Tullius K exæcis decimo post Regibus anno,  
 Cousul erat, Longe gloria magna domus.  
 Sulpitij Longi domuit collega Fidenas.  
 Et Romanū soluit proditione graui.  
 Hunc ego sacrao iustrantem menia curru  
 Deici, similis ne foret usque dijs.  
 Et mea Sulpicij, Attilij sensere nebotes,  
 At Semproniane tela vibrata manus.  
 A quibus Italicas Longorū l. clara per urbes  
 Gens trahit antiquum nobilitatis genus.  
 Horoum secunda parens hac Pallidis artes,  
 Et Martis semper junxit honore part.  
 Brixiaeam nunc gentis bonos Antonius urbem  
 Instincta clarus, ac pietate regit.  
 Fortunū faber ipse sua concendiis honorum  
 Culmina, virtuti debitis nempe sua.  
 Pompilio melior Longus, maiorque Catone  
 Cenomanum reddit libera iura foro.  
 Vis diuina illi mortali eluet in ore,  
 Vnde amor in populis nascitur, vnde metus.

N 4 Pro-

K Manius Tullius Longus Consul cū Ser.  
 Sulpitio anno 252. ab urbe cōdita. Dio-  
 nyi. lib. 5. ant. Rom. Fasti. Sig. Panu. Sal.  
 L Longos Venetiarum patricios a Roma  
 nis genus dicere scribunt Petrus Iusti-  
 nianus Hist. Venet. lib. 1. Mattheacius in  
 Paneg. Burfattus in symbolis Panegyri-  
 cis. Blanch. & alij, quos ante retuli -

Prodigium regni Longus prasumpsit ab igne  
 Tullius magist illi par dedit omen aqua,  
 Cum veluti Moyses infans subiectus ab undis,  
 In quas lapsus erat, subiicitur incolumis,  
 Tunc superauit aquas, mox me virtute virili  
 Vicit, & aethereos aquat honore Deos.  
 Tanta viri pietas, maiestas regia vultus  
 Tanta, nouum terris numen ut esse putent,  
 Præside quo rursus Saturnia sacula mundo  
 Mox fore promittunt Fata, probante Ioue,  
 Hic heroa fuet nimium, tollitque, beaque,  
 Iamque suis sceptris hinc finit esse parem :  
 Dux Virtus, Fortuna comes, cui militat aether,  
 Iamque viri niaeis Fama triuiphat equis,  
 Vos etiam (caueat ni vestra potentia) Parce,  
 Nique cito vobis subueniat ope.  
 Vos, quarum nequijt vires euadere quisquam,  
 Posse Heros Longus se superare putat,  
 Ite per eternos avi moriantis honores,  
 Aequaro & Pilij secula plura senis.  
 Vos, & vestra heros fatalia stamina spernit,  
 Non illi quidquam posse nocere puto.  
 Ni vos Laurentii misera filii feceris,  
 Stat vita Antoni hoc stante, cadente cadet.  
 Tabescit merore pater, dum filius ager,  
 Decumbit, grauiter prole dolente dolet.  
 Agrotio agrotat, viuo viuinq; vicissim  
 Cum nato genitor hocque valente valet.  
 Quodque alter patitur, paribus fert virib. alter  
 Est communis bonum, parq; virtusque salus.

Quid

---

m Valer. Maxim. de prodig. Liuius libro  
 i. P. Matheacius in panegyr. A.L.P.C.

Quid si nunc cupitis vos, iuraque vestra tueri ?  
 Si decori, & fama consuluisse innat.  
 Quidni projeatis celeres fusq; que, colosque?  
 Quidni fila viri falce fecatis? obe.  
 Sic sat erit cautum vobis que, mibiq; vicissim:  
 Parcarumq; manus temnere disset homo.  
 Hec ubi dicta dedit, funestas discutit atris  
 E manibus, complens corda furore, faces.  
 Hinc cui permultos Clothon despoderat annos  
 Et studio Lacheis tempora longa pari,  
 Consilium mutant; vitalia stamina Longi  
 Laurentis cessant nre, secare parant.  
 Protinus irat, & fusimque columq; relinquent.  
 Omnes Inuidia precipitante moras.  
 Atrepos ausa nefas, quo consoletur amicam,  
 Forfice fatali stamina prima fecat.  
 Tum magis egroti caput crudeliter morbus,  
 Seuior & Longi perdere membra lues:  
 Arida languentes febris depascitur artus,  
 Vix cubito Laurens tollere membra potest.  
 Cui iam vis morbi vires absumperat omnes,  
 Ardens torquebat petitus anhela sitis.  
 Vix quisquam tantos valeat persevere dolores,  
 Quantos fert Laurēs, o nec tñ hinc queritur  
 Sed miranda viri morbum patientia vincit.  
 Qui fortis didicit tristia quoque pati.  
 Nescit in aduersis animum demittere rebus,

N 5 For-

---

Parce suadente Inuidia vitalia Lau-  
 rentii Longi fila fecare incipiunt. Le-  
 thalis, morbus augetur eiusdem.  
 Laurentij patientia. meditatio cru-  
 ciatum Christi Domini. preces.

Fortia nec potuit frangere corda dolor.  
 Spinosi capitum membrum se nonit, & aqua  
 Mente pati quicquid vult Deus, ipse caput,  
 Sumit ab exemplo Christi solertia Laurens,  
 Illius & penas dum meditatur, ait.  
 Onus nóstros olim miserare labores,  
 Christe tua delens crímina nostra nece.  
 Est lené, quod patior; dum te grauiora ferem.  
 Corno tuo simili nullus in orbe dolor.  
 Nos dulces vetita decerpsumus arbore fætus;  
 In dira fixus tu eruce fæta luis.  
 Nos patris eterni nostra irritauimus iras  
 Fraude, cruento tuo tu probra nostra lauas.  
 Aeterni proles eterna parentis amore  
 Nostri infons, fontes ne moriamur, obis.  
 Non genus hoc nosbrū pretio, non mündus & ipse  
 Non tanto merces digna labore fuit.  
 Non sat erat te sydereis e sedibus astum  
 Tedia virginis longa tulisse sinus?  
 Non sat mortales eductum in luminis auras,  
 Cum pecore agresti delituisse specu?  
 Non sat erat variis ultra subiisse labores,  
 Ludibria immenitur multa tulisse diu?  
 Ni innumeris satur opprobrijs, nisi deniq; ligni  
 Suppicio ferres damna aliena tuo?  
 O qualem video te formosissime regum  
 Rex, quantum species aedecorata tua est,  
 Non ea e' farles, concretaque barba cruento,  
 Non est is planè, qui modo valitus erat.  
 Seria tamen capiti Regis, diademataque cornu  
 Quod te vulnificis sensibus excruciat.  
 Pictaq; purpureo video tibi membra rubore,  
 Quem flagris haustus sparsit ubique cruentum

Cum palmis video terebratas cuspidi plantas,  
 Hei mibi quam late vulnere pectus hiat.  
 Non tibi Longini patefecit lancea pectus,  
 Ianua qua colliam reservata fuit.  
 Ab mea, Christe, tibi soderunt crímina corpus,  
 Quia tu profuso sanguine sponte lauas.  
 Scilicet agnus eras sacram mactandus ad aram,  
 Summo pro nobis hostia sacra patri.  
 O si tanta mei Deus es perpeccus amore,  
 Est aliquid patiar par ut amore tui.  
 Incundus labor est tecum, sit dulcis amaror,  
 Tu mihi pax cordi, tu mihi Christe quiesc.  
 O amor, o pietas rebus bene prouida nostris,  
 O bonitas serui facta ministra rui.  
 Parce, precor, misero, culpas ignosc facienti,  
 Ne nos iusta tui pena furoris agat.  
 Nam si nostra pari pensentur dabit lance,  
 Et sit iudicij norma severa rui;  
 Quis quemad horrendum viventis ferre flagellum  
 Numinis, & plaga sustinuisse paves?  
 Que més nō prima damnata ab origine culpa?  
 Vel non sit proprio crímine facta nocens?  
 Tu pater omnipotens, proprii cui parcere seper,  
 Injustitiae pars qui pietate tenes.  
 Præmia uis meritis longe maiora rendidis,  
 Supplicia admisis sic leuiora malis.  
 Dum tua plecedis parcit clementia culpis,  
 Das tempus, quo se crímine parget homo.  
 Verbera non nunquam castigas ipsi paterno,  
 Quo cupis, ut pereant crímina, non homines,  
 Seruans famulis Deus ipsa confusa ira;  
 Nostra püs curas vulnera vulneribus.  
 Corpora percutiens sanas, pater optime, metes,

Corrigit errores sic tua virga meos.  
 Vulneris authorem te accepero vulnera laudo,  
 Vulneris ista mei certa medela darur.  
 Utque canens cythara fidium si ruperit unam.  
 Mox cytharam manibus ponit, & ore canit.  
 Aegra suos menti sic dum caro denegat usus,  
 Mente tibi grates carne silente fero.  
 Parce, precor, custos hominum, mibi parce precati  
 Ne tua Christe nrum dextera perdat opus.  
 Temporis amissi cruciant dispensia metem,  
 Hinc gemit os, plorante lumina, corda dolent.  
 Quod patior minus est, qd mea culpa mere  
 Ni parcas, vitam tollere iure potes. (turs)  
 Sed tua maior adest nostris clementia culpis  
 Culpa reos fecit, gratia vincit eam.  
 Maior ab erratis pietatis gloria nostris  
 Fit, tuus ex nostro criminis crescit bonus.  
 Tu quoque, qua mudo peperisti Diua salutem,  
 Virgo salutaris q reddet salutis opem:  
 Quam nobis nuper depulsa peste tulisti,  
 Cum Venetos eius perderet atra lues.  
 Errimus qua templa tibi, sat ipse resuam  
 Incolumis: nomen namq; Salutis habent.  
 Tunc tua diuinitus cumulabo altaria donis,  
 Cultaque sumabit thuris odore domus.  
 Et tibi gemmifero cingam diademate frontem,  
 Fulgebitque aro pendula flamma tue.  
 Me indignum fateor, cui reddas, virgo, salutem:  
 Sed

---

q Laurentij votum, & preces ad Beatam Mariam Virginem Salutarem, cui ex Senatus consulo, votoque templum Venetijs nuper extrectum est.

Sed dare non dignis res mage digna Dea est.  
 Quaquam sat digni sunt, quos dignaris amore,  
 Qui quos non dignos coperit esse, facit.  
 Da, precor, huic tato, qui seper feruet, amore  
 Ardorem nostris cordibus esse parem.  
 Da, precor, extinguui vesana incendia febris.  
 Fac tuus in nostro petiore flagret amor.  
 Que populante diu Venetorum menia peste  
 Seruasti, in columnem me pia redde, precor.  
 Votorum, Virgo, spes non fraudanda meorum,  
 Irrita fac venti ne mea vota ferant.  
 Na tibi nostra cupit per te renirescere Laurus,  
 Aruit a morbo que prope pressa graui.  
 Abs te, diua parens, Laurentia Longa salutem  
 Accipit, noruis cum resoluta foret.  
 Illius ergo mihi nomen, cognomen habenti,  
 Omen uis deit, reddit salutis opem.  
 Virgo salutaris, quis diceris inter & omnes,  
 Mitis ades misero, sis mihi certa salutis.  
 Amplius haud ardēs mihi morb. torreat artus,  
 Arcano ferias nec caput igne dolor.  
 Nec mihi percusiens alterno tempora punctis  
 Seniat, ac terebret membra doloris acus.  
 Plura quidem patior, mereor quoq; plura, sed us  
 Plurima, tu Virgo tollere plura vales. ( )  
 Talibus exorat superos Laurentius eger,  
 Solaturque suum corde precentie malum;  
 Pulsa per exangues expirat gratia vultus,  
 Lux fugientia oculos linguit, ut astra inbar.  
 Lilia mixta rosis, & eburnea petitora pallent,  
 Stantque genae violis, qua rubueret rosis.  
 Vruntur geminis oculorum sedibus orbes,  
 Iam nequit assuetos soluere lingua sonos  
 Angitus

Angitum angina, tumidusque in gutture glandes,  
 Angustans aura lene meantis iter.  
 Vix spirare potest, parvoque foramine vita  
 Pendet, aceta gulam nū sale mista iuuant;  
 Sectio non vena, non missio sanguinis et grum  
 Angina, ardenti aui febre leuare potest.  
 Nil iuuat Acliaco melli iuxuisse papauer,  
 Nil prodest furfur, quem similago, sulte.  
 Nec mel aerium puris confundere lymphis,  
 Nec cocta hac clauso voluere in ore simul;  
 Nil carica, nil myrrha, crocus, nec origanum her  
 Nil cynamī, pyrethru, nil satureia iuuat, ba,  
 Nec quācōfert medicis Lalagea Cataplus,  
 Nec nuber noto quicquid ab orbe venit.  
 Nec quod ab Elymis vēctum Seplesia vendunt,  
 Nec quicquid Batauus, Maurus et Ind. habet  
 Interdum Laurens nimio torret ab astu,  
 Interdum gelido frigore membra rigent.  
 Pulsus inqualis sit, lingua perusta, nigra, isq,  
 Putridus in venis sanguis, & humor mest.  
 Laugida Laurenti torpēt dignissima luce  
 Lumina, mox tuto corpore sensus habet.  
 Peneque vitalis decedit spiritus, & iam  
 Nuncias extremum non procul esse diem.  
 Hoc accepit ubi, sulte agre magus Apollo,  
 Fronde pilos wellens dilaceransque comas.  
 Atque Asclepiadem sepe his sermonibus usus  
 Naturum primum sic pater increpuit.  
 Quis pudor, o fili, quantum tibi cessat amica,  
 Naturae que artis dulce ministerium?  
 Nil tibi nate meos prodit, si luctu, esse recessus,  
 Nec tot Lethais eripuisse vadist  
 Qua tibi Leonios rapuerunt fascina succos?  
 Egnis

Equis odoriferum liuor Ameracatum?  
 Pluimus incolami ganeo nunc robore poller,  
 Penelopesque auidis gens imitata prodes,  
 Natus at ornandis illisferi lumine Musis,  
 Atq; armis Laurens nobilis ingenio,  
 Heu iact assiduo confectus membra dolore  
 Deficit & tantis heu medicina malis.  
 Nullane Peponis reperiisti pharmaca in arte,  
 Membra egrota thoro qua releuare queant?  
 Dū, vorat atra lues flama populante medullas,  
 Nullane Pkyllirida rupibus herba venit?  
 Nil opibus terra pregnans ibi sufficit Ida,  
 Nilque Machaonio gramine stetis Eryx?  
 Herbarum fructueumque genus non sufficit ulli,  
 Ut nonus existat corporis inde vigor.  
 Si quando trepidet tergis before sagitta,  
 Dictamnum Idæs cerua requirit agris.  
 Hercules intortis Panacea inimica columbris,  
 Lenæ morbis fronde medetur aber,  
 Non fugit insomnes Prognes Chelidonia curas,  
 Dum capta est soboles garruula luminibus,  
 At tu quem Chiron miratur, & omnis lapyx,  
 Non potes hunc medica nata lenare manu?  
 Subiecta hac contra paucis Asclepius heros,  
 Et dulci patrem detinet alloquio.  
 Non mihi deficiunt g. nitor medicamina, diræ  
 Ars humana queat tollere si qua luem.  
 Troilus est nostris studijs instrutus, & ario,  
 A me cui tanti creatuæ curæ viri est.  
 Quicquid ubique malis est cedit, reuertitq; repete  
 Vulnera tam docta que ter gera manus.  
 Nulla lues sequit, vis hausti nulla veneni,  
 Quem nostra Medici non fugat arte labor.

Sic toties retro mors alta poteribus herbis  
Victori veniat non nisi sera suo.  
Haud opis humanae est Longi sed tollere morbus  
Ex Erebi missum deteriore lacu .  
Inuidia herois misit contraria voix,  
Illi⁹ ⁊ genio semper iniqua bono.  
Non illi risus, nos viuid⁹ profuit etas,  
Lecta nec Eois Peconis herba iugis.  
Non medicina laet⁹ tantam, nec Phassias arte,  
Theſſalica, aut ver⁹ vincere Musa potest.  
Forſitan hoc series fatorum sanc⁹ Olympo,  
Mollis nec fatis vnguina restiterint.  
Hoc Deus humanam variat discriminē sorte,  
Sic admixta fauis fundere mella solet.  
Sic implens vafum fama Tyrinthius orbem,  
Millibus eruminis mille pericula tulit.  
Nec nisi per medias celū pertingere flamas,  
Nomini⁹ aut potuit ferre perenne decus.  
Sic Longi insolitus radians fulgoribus astrum,  
Heu depreſſis humo corporis atra lues.  
Ut se hominem sciret, magnis neu ſaſe nocenti,  
Porderet heroz⁹ gloria van⁹ typ⁹.  
Nec Deus achtet mediocria lucra rependit,  
Qui manet in terris non periturus honos.  
Quoniam celebrat, poterit Laurent⁹ Diua ſalutis  
Auxiliatrices ſola adhibere manus.  
Ni tamen is voto quod ſingultante reposcit,  
Hunc velit Aethereis affociare choris.  
Hac Asclepiades Phœbo reponſa parenti  
Reſedit; & is nati congrua dicta probat.

L A V .



# L A V R E N T I I L O N G I S O T E R I O R V M L I B . I V .

---

Clarissimo Viro Ioanni Soræ 'Cui Vene-  
to, Muſis æquæ, ac Gratijs carissimo,  
eiulque filijs lo. Vincentio, ac  
Petro D.D.D.



V quoque earminibus merito  
brabere nostris,  
Sora, Camenarum lux, Char-  
rumque decus.

Hoc ſibi poſcitur amor Virtutis filius, in te  
Quam colui, ac merito ſemper honore colam;  
Sulpitius Longus Dux Soram Marce recepit;  
Longus ego à Sorā capi⁹ amore ſui.  
De viſti⁹ egi Sorans ille triumphum:  
De noſtro tuus aſt corde triumphat Amor.  
Pulcra triumphantis decorabat Laurea frōte;  
Laurea in noſtro ex nomine ſerta refert.

Lon-

Lögus honos Lögio Capitoli in marmore viuit.  
 Et longum nostro in pectore viuet Amor.  
 Cuies in ade diu didicisti Palladis artes,  
 Pro Castrolino sit tibi Virgo Ione.  
 Hic liber ergotib; nobis sit lignus Amoris,  
 Quo Sorana tibi iure trophae dico,  
 Immo salutaris praconia Virginis, unde  
 Nata tibi ac Patria vita, salusque viget.  
 Mercurio melior, quem Caius Sora p celebat,  
 Quo nobis potuit conciliare Deum.  
 Dafunctor, agrosque valet reuocare sepulcro,  
 Quod vox hac Graio nomine Sora notat.  
 Cognomen perit ista tuum, si digna sepulcro  
 Carmina nostra putas, hac capte Sora libens  
 Nepe tuo accipiente vita donata sepulcro (Lege.  
 Deque tuo lumen nomine percipient.  
 Ut cepere tuo vitam de sanguine nati,  
 Quos tibi, cana licet, foeta senecta dedit.

Quando

C. Sulpitius Longus Confvl tertiu an-  
 no Mundi 3740. Vrbis cond. 440. Impe-  
 rii Alexandri Magni 17. Ptolomai La-  
 gidegypti Regis, & Onia Pontificis  
 Hebr. 11. ante Christum 313. Sora cepit.  
 & de Samnitibus triumphauit. T. Liu.  
 1.9. dec. 1. Flor. Tab. Capit. Sal. Sig. Panu.  
 Extat in prisco marmore antiquissimum  
 hoc epitaphium Sora familie, quod re-  
 ferunt Petrus Appianus, & Barpholom.  
 Amantius in libro inscriptionum anti-  
 quarum. M E R C U R I O V. S. L. M.  
 C. CAPELLINVS S ORA.

Quando insperato secunda coniugis alius,  
 Quo steriles longo tempore visa fuit  
 Lacris & exfortes tandem tumuere papille,  
 Plusque annis menses bis valueru nouem.  
 Plusque tui vernante valent lanugine cani,  
 Et plus etatis vere senilis hyems,  
 Qua semeritis habes tempus tot messibus astis.  
 Felicitas nomen dulce parentis habet.  
 Sorana tutela ratis duo Castores orti  
 Spes secura tibi posteritatis erunt.  
 Versibus ergo tibi haredes his gratulor ortos,  
 Quis poteras proauus, nunc velut effe patet.  
 Inter ea Venetas circumuaga Fama per oras.  
 Cenomanasque forens, nuncia mesta volat.  
 Lanuaceneque gravi morbo decumbere magi  
 Antoni prolem, & fata propinqua canit.  
 Iam conelatum, iam funera mesta parari,  
 Peonia auferri posse nec arte malum.  
 Augetur rumor, viresque acquirit cundo  
 Et lacrymis oculos, corda dolore replet,  
 Brixiadum, Venetumq; ciet suspiria patrum &  
 Omnes herois tristia fata timent.  
 Fit tristis rerum species & mortis imago  
 Omnibus occurrit, luctus ubique sonat.  
 Tristior ast luctu, qui peccatoris intima torquet,  
 Miser & interno qui surit angue dolor.  
 Nuncius hic summo primum marore paretes  
 Afficit, in flotus soluit & ora pios.  
 Coniugis attenta simul ac defertur ad aures,  
 Flebilibus resonant atria mesta sonis.  
 Quid memor lacrymas, ac femineos ululatus,  
 Quos gemitus genitrix mesta, nurusq; dedit.  
 Non tanto infelix expalluit ista dolore,

Sensit

Sensit ubi extinctum Laodamia virum.  
 Thesia nec tantum cedentem Ariadna carina  
 Fleuit in ignora sede relata Chij.  
 Non sic Heliades quondam Phaethonta sorores,  
 Ambystum ad ripas ingemuere Padi.  
 Vir m̄sa Elisabeth feritur gemuisse q̄yelis,  
 Et lachrymis iunctos hospit dedisse sonos.  
 O fors infelix, infausque sydera celi !  
 Contigit heu nimium tristia fata mei.  
 Occidimus si nostra perit lux, vitaque; ita spes.  
 Concidit, & mibi mors omnia, vita nihil.  
 O dolor, o male nata dies, moriemur uterque,  
 Atque eadem extintos auferat hora duos.  
 Si, mea lux, Laurens fatis decedet inquis,  
 Vnus amor, maris gaudia, vir a patris.  
 Nulla mibi requies, neque Sol sine nubib. ibit,  
 Si Sol, & nostrae causa quietis obit.  
 Sed flebo miseranda nouo sine coniuge coniux.  
 Penè reliquo prius, quam sociata viro.  
 Si iuuenis pereat tam dignus viuere, cuius  
 Viuere ab exemplo par forat, & sapere.  
 Immatura parat nobis Sors funera, nato  
 Nam pereunt: parens cū patre m̄sta cadet.  
 Infelix coniux heu quam bene iuncta marito,  
 Tam cito ploro meo mox vidiuanda thoro.  
 Qua ducus, & Veneti virgo non parua iuuenita  
 Laus toties fueram mille negata precis.  
 Me misera' nunc flere iuuat mea fata, viriq.,  
 Pro

---

r Elisabetha vxor illustrissima Laurentij  
 Longi patricij Veneti viri lui vicem,  
 dolet paternitatem eiudem lamentatio, &  
 preces ad Beatam Virginem Mariam.

Pro face cui thalami fax modò mortis erit  
 Heu nimis Elisabetha misera crudelia Fata,  
 Quæ data vix subiit gaudia surripitis !  
 Heu nunquam potui tantum sperare dolorem,  
 Quantum Laurentis fors mihi dura tulit.  
 Que mihi turbarunt modò tristia sōnia mēte,  
 Pradixerit viri tristia fata mei.  
 Hunc ego languentem morbo spectare videbar,  
 O sōpor infelix in mea damnata vigil.  
 Ludis imaginibus veris me, in somnia vera  
 Heu tulit hesterna pessima nocte quietes.  
 Nocturnos monitus, & somnia praefixa veri  
 Cornes porta dedit, non mibi misit ebur.  
 Nūc mibi lux odio est, sūmā nūc imprecor horā  
 Et quia non pereo, perpetuo pereo.  
 O vitiam primis animam me ponere curvis  
 Insuffit quavis de tribus una foro.  
 Quam vellim potuisse mori, daret ipsa salutē  
 Mors, ingrata licet, ni rediniua foret.  
 Heu Mors qua surdis miseris nos aurib. audiis  
 Et flentes oculos claudere sua negas.  
 Quos mibi clausisses malim, quā cernere mestis.  
 Coniugis, ut timeo funera dira mei.  
 Cui licet haud Lachesis cūtis numerauerit an  
 Ante diem fujum precipitare parat, (nos)  
 Hac vitiam potius licet mibi fata subire,  
 Proque viro coniux victimā lata cadam.  
 Alcestis veluti morituri fata mariti  
 Morte sua potius continuare diu.  
 Hanc laudem ne sola seras sed gloria par sit  
 Dira mibi chari fata subire viri.  
 Despicere penitus, lucrique in parte locarem,  
 Morte mea vita hac si redimenda foret.

Sed sors dura negat, meq; ad grauiora reservat,  
Respiuit & furdit quas damus ore preces,  
Nunc ego quid possum, vos, o mea vita, dolores,  
Crescite & hoc miserum sollicitate caput,  
Sic ego marentio vincam mea fatigata superflue,  
Et quem non potero morte, dolore sequar.  
O viuam saltet supremos ferre liceset  
Amplexus & post oscula pauca mori.  
O mea lux, o mea vita, mori me sensio, dum te  
Audio languore heu spes mea, dulcis amor;  
Dum tibi lethiferis torrentur febribus artus,  
Heu mea torquentur corda dolore truci.  
Adriacas postquam properasti iussus ad undas,  
Mens presaga mali plena timore fuit.  
Laurentis semper facies in nomine pallet,  
Cumque meo dubius certat amore timor.  
Seu luce Phœbus spargat, seu Luna recurrens,  
Me dolor, atque metus nocte, dieque premunt,  
Non mihi Erybreis radiantibus colla lapillis,  
Mec mihi sub Phrygia uesto superbis humus  
Temporas pretiosa Tagi quid proderit absque  
Te, mihi si fuluis voluat Iberus aquas?  
Quid mihi si Gagis sine te fluant aureus amnis?  
Quid sine te Crassi si mihi diuinitas?  
Indica si sine te pretiosis terra lapillis  
Grandinet in pompas prodiga facta meas?  
Quid mihi baccharis rubent si collibus vna,  
Largaque millonis sub bobus arua gemant?  
Quid mihi vel profint lauz coniuia mense.  
Comptaque si Tyrio stillet odore coma.  
Talia amet, quibus inter opes, & eburnea testa  
Aurea Tantaleo fallitur aume sitis.  
Vel Raphis gaudent animo indulgere palestra,

Et

Et lati Cyprios inter onare choros.  
Hac Epicure tui curent, quibus una voluptas  
Est scopus, & Bacchi munera, sed a Venus  
Odi suffusas pallenti lampadas auro;  
Aurea lampae erant lumina, spose sua.  
Non ego delector cantu, fidibusque canoris,  
Sola mihi gratum vox tua carmen erat.  
Non mihi Pachao sparguntur membra liquore,  
Suavis odorata tu mihi messe magis.  
Non mihi florifero gemmascunt vere capilli,  
Tu Narcissus eras, tu mea sola rosa.  
Sed nunc pallentes violas, tristesque cupressos,  
Pro Lauro timeo, det meliora Deus,  
Tu decus omni tuis, patria tu sydus amicum,  
Presidiumq; domus nobile lumen eras.  
O mitela meis Virgo sanctissima rebus,  
O querulas inter certa medela preces.  
Que potes irato tela extorquere Tonanti, &  
Opratam miseris ferrere salutis opem.  
Respic dina mei languentes coningis artus,  
Noxius ardenti quos coquit igne calor.  
Alma Dei mater languenti reddi salutem,  
Sic patris, ac matris sic miserere nurus.  
Quin cuncta misere domus pendentis ab uno,  
Quo pereunte demus tota repente endet,  
Ne sine mercenari herede carere perates,  
Ne domus aspiciat nec supereffe caput,  
Et domino famulos squalere iacentem, sed egrum  
Hunc sanu, atq; virum tu mihi reddere meum.  
Languenti pia mater opè quam flegiro, presla,  
Et veniam natum, qui em rogo, pscce tuum.  
Hoc precib; dabit ille tuis neque via parentis  
Irrita abiit sua filius, villa finet.

Talia

Talia fundebat querulis suspiria miscens  
 Vocibus Elisabeth, & que genas rigans,  
**N**ec nisi flere libet, gemino nec parcior imber  
 Lumine, quam verna de niu manat aqua.  
 Nec minus exortis lacrymis dolor urget Hosæ.  
**L**AVRentis matrè, sed gemit illa magis, nā  
**D**aullias umbrosa qualis genebunda sub ulmo,  
 Et qualis rapto pignore sola soror.  
**A**eria qualis non cessat ab arbore turrit,  
 Ingemere, & natos usque vocare suos.  
**Q**uos sibi de nido teneros crudelis arator  
 Abstulit, & nidi perdidit omne decus.  
**H**eu fili misera solatia sola senecta,  
 Vnica, ait, nostra lux, columenque domus.  
**S**cicne me linquis genitricē, scicne tu me  
 Deseris, sine te quid mihi dulc' putem?  
**Q**uo te infelices, quo te permisimus ire,  
 Ut sit, si pereas, tota sepulta domus.  
**O**utinam, qua prima dedi tibi lumina vita,  
 Perpetua hęc possem reddere nato tibi.  
**C**rudelis Morbus, nimium crudelia Fara,  
 Parcaque sua nimis, ni tibi parcat, erit.  
**O**pater, infelix! florentem moribus unum  
 Si tibi Mors rapiat, qua tibi spes superest?  
**Q**uid tibi, si patris summi iam dentur honores,  
 Nec vident vita hos natus amabilior?  
**S**i languens morbo fatis mox cedat acerbis,  
 Vnicus, heu miseri natus imago tui.

Cui

**f** Hosanna Longa Antonij Longi Brixia  
 Prætoris vxor Illustrissima, & Excellen-  
 tissima Heroina, cui D. Catharinæ Se-  
 nensis Iconem author dicauit an. 1642.

Cui mores & animi tanto candore nesciunt,  
 Tanus in ingenio candor, & eloquio,  
 Vt, quecumque ferat sincero oracula corde,  
 Omnes vel refugis in sua sensa trahat.  
**T**ā come ingenium, tanta est prudentia rerum,  
 Vinciā ut cunctos solus amore sui.  
**N**ullus eo melius prefector muniat ares,  
 Instruat aut acies, ducat in arma viros.  
**D**ulcius & nemo vario sermone loquatur,  
 Si Latia, aut Thusea, aut Gallica verba se-  
 Nulli de Latij, Thusei, & in pectora cellis crata  
 Promptius inspirat doctus Apollo fauor.  
**A**bdicta Cecropij nouit commenta Magistri,  
 Porticus, & quicquid Gymnasiumq; docet.  
**S**citaque facundo multum sudata Lyceo,  
 In quibus & magnus pallet Arisoteles,  
**H**ęc mihi iasturam grauiorem reddore possunt;  
 Eternum dignus vivere si pereat.  
**A**n nobis invicta pater patiare dolendo  
 Vinci, tanta quibus causa doloris adest.  
**T**u sapiens animi motus compescere nosti,  
 Humanæ & expertus mille pericula vicis.  
**S**cis luctus seruire modum, frenare dolorem,  
 Et multi verbis dedolere tuis.  
**A**st nos indociles nimium sufferre dolorem,  
 Aufugimus medica pharmaca blanda mas-  
 Socraticis licet enoluas oracula carthoris, huius,  
 Nil, ut succurrant, omnia profuerint.  
**Q**uoq; magis volumus mortales pendere casus,  
 Vi leuis umbra, vel ut bulla caduca sumus.

O Et

**t** Laur. Longi Patriij Venet. encomiuni.

Et magis excruciamur ob hoc , sorteq; dolemus  
Humanam varijs casibus expositam.  
Ergo quod auerant super si tristia natum  
Fata mihi demandat, vieta dolore cadam.  
Vita erit ipsa mibi leibali tristior umbra,  
Tabescunt fletu lumina continuo .  
Nemo quod a fletu reuocet, quodvde ita perenni  
Vulnere corda leuet, carmen inane canat.  
Sed quod triste flet, Helenę q; carmina possit  
Vincere, & ad gemini corda tiere nouos.  
Effusis lacryma latè spatiuntur habenis,  
Humor in effæto corpore donec erit.  
Nunquam leta diem potero, Solemque tueri  
Si mea lux obeat, luce carebo breui.  
Sine diu Laurens nostris infixe medullis,  
Quo licet in terris nomine, viuus eris . (ris,  
Mater Hosana gemēs lacrymis hac miscet amarum  
Dum simul Elisabeth fletibus ora rigat.  
Qua, quod iactabant tria numina, possidet una,  
Mentem Pallas, opes Iuno dat, ora Venus.  
Ipse Paris, quales olim consperxit in Ida,  
Iuret in hac una tres simul esse Deas .  
Diffimilis tantū tribus una, quod insit in ista,  
Pallas blanda, humilis Iuno, pudica Venus.  
Nulla viro melior mulier, nec amator amantis  
Hesit, & amborum cor alit unus amor .  
Ait nunc ipsa sui deploras fata mariti,  
Pascitur internus viscera moesta dolor.  
Ex geminis oculis crystallinus effuit imber,  
Vnio multa cedit, dum gemit agra vivum .  
Memnona sic Aurora, Thetis sic flent Achille,  
Et sic Aenonidem Laodamia suum .  
Ait Rex Cenomanū, cuius Constantia pectus,

Muni-

Muniuit, vulnus corde silente tegit.  
Quem suadet Natura suo dare frena dolori.  
At moderari animum seit ratione suum.  
Nec secus, ac scopulus sputantes despicit umbras,  
Nec maris illis frangitur altus aquis. (das,  
Aduersis rebus Longi mens alia resipit .  
Nullis curarum fluctibus obrutur.  
Scilicet aduersa Fortuna peccora sceptre  
Subrabit, affectus lege regitque suos,  
Triste negat quicquid nescit ratione caueri,  
Confessus mala non posse nocere bonis .  
Qui modice rebus fuerit gaudere secundis,  
Nunc valet aduersis fortior esse malis.  
Mortalem genuisse virum se dicit, ab ullis  
Nec fleti lachrymis fata suprema Dei .  
Lanificas nulli tres exorare soiores  
Das esse, & pensis addere nil Lachesim.  
Vxoremque suam dictis solatur amicis,  
Marorique nurum ponere frena iubet .  
Pone modū lachrymis, inquit charissima coiuix,  
Tuque Nurus nimium desine fata queri.  
Nō ego flevi vero, neq; n. nos barbara Thracia  
Tessqua nec Hyrcana progeniere fera .  
Fleve licet matri natum, uxoriisque maritum.  
Et quē quisquis amat, fletus & ipse iuuat.  
Qui coquit, & lenita consumit tabe medullas,  
Miserit lachrymis, cluiturque dolor.  
Sed modus est rebus, sua sunt momenta dolori .  
Dedecet & nimio rore madere genas.  
Dauidis in exemplo mentem componite, telis

O 2 Nam

---

m Dauidis insigne factum , &c dictum  
lege in Libro II. Regum Cap. XII.

Nam quæ vos feriunt fixus & ille fuit.  
 Lucibus hic sepiem morituri funera nati  
 Fleuit, & est lachrymis purpura rincta p̄ys.  
 Ast ubi de functum didicit, sensitq; medentum  
 Auxilia, & fusas nil valuisse preces:  
 Surgit humo, & pinguis sibi tingēs Pallade vul.  
 Afferri Cereris dona, merumq; iubet. (sum,  
 Tēpus erat luctus, inquit, dum vineret infans,  
 Et flecti posset numinis ira prece.)  
 Hunc ubi Mors telen fert, quid macerer ultra  
 Luctū, iacturam auertere si nequeo.  
 Hunc ego pone sequar genitor perniciibus alis,  
 Quo fugit haud illa restituendus ope  
 Ante diem, torus quo mundus ab ignib; ardēs  
 Absumeret, homo quando resurget humo.  
 Extinctum nūl flere iuvat, si mortuus effet.  
 Huius Laurens noster, sed puto, viuus adiut.  
 Ast dubius medio versatur gurgite lethi,  
 Vc spes vivendi parva superstis ei.  
 Nil iuvat idcirco nimio indulgere dolori,  
 Sed praestat toto fundere corde preces.  
 Ut Deus ipse velit natum seruare, saluti  
 Illius eterna si magis expediat.  
 Plus animi facienda salus, quā corporis egri,  
 Illa perennis enim, sed brevis ista fugit.  
 Hac cum sylvestragis sit via rapacior Euris,  
 Et Iouis irati fulminis instar eat.  
 Cum corruptibilis quicquid Natura creauit,  
 Materia subitum currat ad interitum.  
 Scitis quam vario cursu Natura feratur,  
 Vi rosa mane viget, vesperè languet humo.  
 Discite Mortales varium rerum esse tenorem,  
 Annūm cum mensis, cum fuget hora diem.

Dulcia

Dulcia depellunt Zephyri nūc flamina Caurū,  
 Nunc decus omne Actas veris adusta fugat.  
 Interit hoc etiam simul ac Pomona remides,  
 Post illam torpe mox glacialis hyems.  
 Cynthia ut ipsa sui cursu dispensia pensat;  
 Quid Nos, si scindat stamina Parca semel?  
 Quo Pater Anchises, Æneas, Tullus, & Ancus,  
 Quo Persa Reges, Assyriisque duces.  
 Omnes una metit Mortis falx aqua potentes  
 Ac miseros somnes labimur in cineres.  
 Arenes veluti Boreas ex arbore frondes,  
 Sic homines lethi vis inopina rapit.  
 Tam celer infelix hominū praterfuit atas,  
 Quam cito precipiti flumine cymbaruit.  
 Quam cito Parthorū neruo volat acta sagitta;  
 Quā cito ab aeria lapsa columba plaga est.  
 Cernuis heu quantis agitatur vita periculis,  
 Nasci pena, labor viuere, triste mori.  
 Mortalis vita miseri dum findimus aquor,  
 Inflamur pelago, concutimurq; Notis. (syrtes)  
 Heu quot in hoc surgunt, quod verimus, aquos  
 Quot vada, quot passim naufragia saxa latēt.  
 Morborū numerosa cohors crescentibus annis  
 Crescit, & est morbus tarda senecta grauis.  
 Nec minus infestat, tenues dū carpimus auras,  
 Nos Fortuna malis prodiga, parca bonis.  
 Quas hodie largitur opes, cras eripit, orbem.  
 Dum rotat, & rerum versat vbique vices.  
 Immunit, si res neutra malizias turpis egestas  
 Audit, abiectos, ridiculosque facit.  
 Dinitias nūc flama vorax, nūc impetus undas  
 Nunc piceata rapit, nunc violenta manus.  
 Sed leuis est gaz, & leuis est iactura peculi.

O 3 Æris

Æris egens fame dum tueare decus .  
 Liuor in hos dentes acuit crudelis , & vngues ,  
 Et dum sorpit humi nil , nisi summa perit ,  
 Nempe theatralis rapimur spectacula scena ,  
 Mortales agri fabula mœsta sumus .  
 Nos sumus actores Caro spectante , theatrum ,  
 Orbis & hac vita est actio , scena dies .  
 Mortalis postrema datur cito clausula vita ,  
 Hoc est postremū plaudite , nempe Mori .  
 Qui grauis ergo potest nobis mors ipsa videri ,  
 Qui hic premium , tātis obruimurq; mōlis ;  
 Quis miser vīte lethum non preferat ipsum ,  
 Quo datur a longo tuta labore quies ?  
 Mors iusti preciosa viri , vītæque perennis  
 Principium , in votis semper habenda mihi ,  
 Fata putabo mihi merito felicia , si jors  
 Contingat nato tam pretiosa meo .  
 Si Deus hunc malit transvere ad gaudia Cœli ,  
 Felicem debet nemo dolere vicem .  
 An doleas , natus superato gurgite ponti  
 Quod tempestivè prospera vela legat ?  
 Te ne parens urat , quod sit de carcere dēptus ,  
 Debita quod pactam soluerit ante diem ?  
 An tibi cor pungat , quod ter felicibus armis ,  
 Morte triumphata tam cito vīctor eat  
 Iure Deus sobolem , quam nobis tradidit , auferit .  
 Est dominus : faciat quod videt esse bonum :  
 Nō ēpe suum repetit , maiori ast fœnore reddet ,  
 Cum pro mortali vita perennis erit .  
 Debemur morti nos , nostraq; pignora tandem ,  
 Serius , aut citius mors sua quæque manet .  
 Immortale decus mortalia corpora sumunt ,  
 A tumulo surget cum redimīna caro .

Qualis

Qualis cinnameo Phœnix renirescere buso  
 Dicitur in terris unica semper avis .  
 In veterem cuōti mundo flagrante figuram  
 Ibimus , at herea gens revocanda tuba .  
 Cū index hominū decedet ab ethere Christus ,  
 Nō vetus hic Minos , nō Rhadamatib; erit .  
 Injustie medius , veniaque sedebit Olympi  
 Rector , & in clara præmia luce feret .  
 Eterni , qua prima dies , erit ultima mundi ;  
 Felicem nobis haec Deus esse velit .  
 Desig , prius mentes , quā corpora nostra renasci  
 Stet bona pro vita posteriori prior .  
 Mortales omnes ad finem vivimus unum ,  
 Quem nobis fugiens vitaq; morsque parant .  
 Quo magis , ad finem quis tentat currere , cessat :  
 Mors bona sed vita semper origo fuit .  
 Eustachij exemplum nos confulet , admetit  
 Cui natos quondam fors inimica duos .  
 Vna illi coniux , natique fuere gemelli ;  
 Est datus pars nautis , pars data præda feris ,  
 Reddita sed tandem cum cōiuge pignora patris ,  
 Restituentे illi gaudia prima Deo .  
 Haud secus eueniet nobis , quibus unicus hares ,  
 Praesidiumque domus , filius eripitur :  
 Si tamen eripitur , nam mors incerta ; precamur  
 Numen , ei vitam proget hancc brevem .  
 Quis scit an adiiciat peritura tempora vite ?  
 Addidit Ezechia O ceu tria liestra Deus .  
 Sic ait , atque alto ducens suspiria corde  
 Miserorem Longus dissimulare nequit .

O 4 Nam

---

o Lib. II. Regum Cap. 20. &c addam  
 diebus tuis quindecimi annos .

Nam dolor arcanus se pectora prodit ab imo ,  
 Aegre fata timet prolis acerba pater .  
 Adque Sacerdotes omnes pia munera mittit ;  
 Pro nati ut faciant sacra salute sui .  
 Omnia votum onerataque altaria donis ,  
 Omnis & assiduis fletibus atra gemu .  
 Conomanum Regma graui concusso dolore  
 Offert pro Longi vota salute Deo ,  
 Qui nineo Cereris velamine rectus in omni  
 Expositus fusas suscipit ade preces .  
 Omnibus in templis omnes caelestia poscunt  
 Numinis, sum patrios, indigentesque deos ,  
 Ut morbum pellant, Longo restantq; salutem .  
 Faustine, ut faueas, huncq; Ionita, inues,  
 Ore quaterdenas orant, ac corde per horas ,  
 Poplitibus flexis, supplicibusque volis .  
 Illi complicitus dgitis terram usque ruentis ,  
 Stillantes lacryma & mesta per ora fluenta .  
 His latus arctatis amor est circundare setis ,  
 Nudaque consertis membra ligare pilis .  
 Terga alij quatunt nodosis sponte flagellis ,  
 Donec ab in numero vulnere sanguis eas .  
 Induti facio multi sibi pectora tundunt ,  
 Flexanimosque cident ore precante sonos .  
 Sit Scythicus de more sonat plangeribus ether .  
 Cynthia sanguineis quando laborat equis .  
 Vocibus hi sioperos, la crymis, votisq; precantur ,  
 Ne terris Longum demere fata velint .  
 Longe nam laurum ne mortis fulmina sternat ,  
 Qua nihil in Veneto pulchrius orbe viret .  
 Hoc Veneti patres orant, yicetia tales ,  
 Ac Verona preces, Cremaque fundit amas .  
 Conomanique, alte quorū modū prefuit arcis

Laurens,

Laurens, pro infirmi vota salute ferunt .  
 Parcite sed lacrymis populi, mesisque paretes ;  
 Pro fletu mentes gaudia lata veent .  
 A Parcis etenim suorant vix coepit secari  
 Forfice magnanimi umida fila viri .  
 Cum Rex Astrorū volvret iubet Arcada coe la  
 Acciri, ac Parcis iussa referre tribus .  
 Hic sumptis virga, talar, bus, atque galero  
 Adulat, & diuum conficit ante patrem .  
 O qualis, quam pulcher adest Cyllennius ales ,  
 Huic proprias cedunt astra mirora faces .  
 Gemmea mordebat Melbaam fibula vessem ,  
 Et Chlamys à Phrygia pista nitiebat acu .  
 Limbus Erythrais circumdabat ima lapillis ,  
 Lam minus illustri lucifer ore nitet .  
 Aurea Cesaries humeros umbrabat & auro  
 Concolor uroque in tempore cinuis erat .  
 Et torque aurato fulgebat eburina ceruix ,  
 Colaque non tacta candi diora niue .  
 Frons radijs, vultus maiorib; ambris astris ,  
 Aenea la nativis bina labella rosis .  
 Par' lingue, vocisque modus, par gracia gestus ,  
 Omnia membra nitens visa referro iubar .  
 Ante throniū summi simulac stetit ille Tonatis  
 Ecce ego q; o me, inquis, Iuppiter, iure iubes ?  
 Vad, ait Altitonans, Maia clarissima vroles ,  
 Lanificisque Deis hac mea dicta refer .  
 Laurentis cauauit me scindam scutina Longi ,  
 Inuidia ad tantum sollicitante scelus .  
 Nil sine me tentent fusis, retrahantq; repente  
 Admotam falcem, nendaque fila neant .  
 Dixerat, ille ferens celeres mandata per auras ,  
 Prepetibus permis missus ab axe volat .

O 5 Pra-

Precurrunt Zephyros, & fulminis ocyo alis  
 Hermes Parcarum tristia tecta subit.  
 Aduentu in solito turbantur corda sororum;  
 Labitur horrificus dira per ossa tremor.  
 Tum Parcas ardens Ales Cyllenius ira,  
 Talibus aggreditur fronte minante necem  
 Cur vos audetis sine eo, qui donat & austert  
 Vitas, fatali scindere fila colo?  
 Quas ego. Sed subito falcem subducite filo,  
 Vosque pio stamen ducite, ut ante, viro.  
 Hoc iubet astrigeri vobis regnator Olympi,  
 Hoc ventura breui secula beata peiunt.  
 Hic Hermes siluit, tenuesq; recessit in auram,  
 Ocyo & ventis tecta Tonantis adit.  
 Ast contra clamanti Parca sua iura perisse,  
 Se neque pollicitis posse manere dolent.  
 Ha tamen interea repetunt fusumq; columque,  
 Et licet iniusto pollice fila trahunt.  
 Pollice fila trahunt, que post hac rupta dolerent.  
 Nam Parcis auro stamnia dulcia placent.  
 Tunc que novente prius, & allen's contuperant alta  
 Inuidia, perennant gaudia, siveque vices.  
 Hinc furibunda domo Parcarum cedit, & ira  
 Rumpitur, & pugnis pectus anhela quatit.  
 Sequior & digitis furuas radicibus, imis  
 Fronte comas vellit, dilaniatque genas.  
 Sacra, ga lingua execranc hominesq; Deosque  
 Spumantes horrendos ructat ab ore sonos.  
 Heu miserae sorte! nil me infelicius una est,  
 Aut fungi in toto nunc licet orbe nihil.  
 Quid mihi nunc prodest magnus superasse tyran.  
 Et numerare armis regna subiecta meis? nos  
 Marte trucidias acies, euerisque castris

A Lon-

A Longo si uno iam superata cado.  
 In nunc infelix, miserandum concute postus;  
 Ique dolos, artes, i meditare nouas.  
 Inueniunt abeant nifus, ad mane labores,  
 Cunctaque des rapidis diripiendi notis.  
 Viuero num potero tantis obnoxia curis?  
 Num potero viuens tot mala ferre diu?  
 Non datius esto, Deum celestia vortere fata,  
 Sic visum superis, sic Deus ipse iubet.  
 Iam Longus valeat, vigeat per me licet, Vrbes,  
 Et populos Laurens, ut pater ipse, beet.  
 Qui dabitus misera & tantos finire labores?  
 Scilicet his curis mors dabut una modum.  
 Nō semel hac represi Furijs agitatur Auernis  
 Peccatis, ubique furens ita rupta trahit.  
 Numinis etherei iussu iustissimo diuum  
 Hanc Nemesis veniens attere ab orbe fugat.  
 Cenomazum, Venetumq; oras, urbesq; relinquit  
 Cum Furijs socijs Dira coacta suis.  
 Eumenides, siveque patens Discordia belli,  
 Ira, Furor, Rabies, Rixa sequuntur eam,  
 Gorgones, Harpyie, Scylla, Hydriæ, Chimeræ,  
 Et syrios repetunt horrida monstra lacus.  
 Æmula, & rimacrijs voluens incendia flammis,  
 Qua Vesuinus cartara pandit apex.  
 Inuida Campanis nuper nam Dira colonis,  
 Aurea quos cornu Copia dite beat.  
 Sulforeis venis grauidat visterna Montis,  
 Ignis uatos partus edere lata tulit.  
 Et Phlegeton eos amnes exire cavernis,  
 Perdere Parthenopes menia pulchra volens.  
 Vrbs tñ bac flammis quanquā vicina Vesenis,  
 Tyrrenianis numquam tuior arsit aquis.

O 6 Phle-

Phlegreis socios flammis Diræ addidit annes,  
 Ut quam non ignis perdidit, vnde voret.  
 Sed frusta Stygias Vesunus ignibus undas  
 Miscerit, & flamas federe iunxit aquis.  
 Urbem Ianuarium Laurentia Longa tuerentur,  
 Corpora prodigijs hic utriusque micant.  
 Fluctibus, band perdi poterat, minimeq; decebat,  
 Ignibus ut Sireno orta periret aquis.  
 Scilicet unde trahit vitalia lumina Siren,  
 Inde nequit tenebras tristis obire necis.  
 Inuicta quicquid agat Pestis, non igne peribit,  
 Nec flammis Siren sanctibus orta caderet.  
 Dum procul ostendit fumosa volumina celo,  
 Et tonitus resono Vesuui ore ciet.  
 Sepe pluit cineres, & fulminat ethera flammis,  
 Crebraque terribili grandine sexa vibrat.  
 Igniferaq; facies, velut astra cadentia torquet,  
 Nubibus obducto vertice mittit aquas,  
 Forte lacestissimis flammis celestibus ardentes  
 Mons ira, ultrices vibrat in astra facies.  
 Fumanique iugo crepitantia fulgura torques  
 Rescituit domino fulmina missa polo.  
 Sed male restituens infert te dama colonis,  
 Quo longum Tempus vix reparare potest.  
 Viceera cum gemitu glomerans, cimeresq; Vesunus  
 Campanos circum consumulauit agros.  
 Hisce sepulta manet Sirenis amena voluptas,  
 Pompejique latentes, Herculeique lares.  
 Dum regit et fasces Verone Antonius ipso  
 Vindice pulsa ab alicui venit ab urbe Lues,  
 Vesuvi dammata fecis, flammisque cremata  
 In cineres pluuios tum resluta fuit.  
 In cineres abyssi, rapidis ludibriis ve, vis,

Campa-

Campani facies queis tumulata soli est.  
 Inuidia horrenda dedit hic spectacula pompa.  
 Cum dominis perdens rura, domosque suis,  
 Exitio quantum sed tunc letat bonorum est.  
 A Longo tantum nunc ea vieta dolet.  
 Laurentijq; gemens, veluti sua dama, jalute,  
 Ipsa cupit vitam perdere Diva suam.  
 Inisti ignitomi praeupta cacumina Montis,  
 Et quo combustum pondit Auerna iugum.  
 In præcepis furibunda ruit se vertice ab alto  
 Deixi in flamas, aura frigore sonant.  
 Hand secus Empedocles ardentes frigidas  
 Insiluit, credi dum cubit ipse Deus, Aenam  
 Vrtrit ignuomni Pestis scelerata barabro  
 Qua magis Aenam evanuit aura fociis.  
 Hinc Phlegethontes rapunt cruci: da sub ignes  
 Ardor vni immensus, perpetuusque dolor,  
 Ardet Erynnis ibi, semper renescitur ignis,  
 Quoquo coacta mori est, non lucet igne mori.  
 Toru Medusei lacerant haue ora colubri,  
 Deuotumque sibi deuorat Hydra caput.  
 Perpetua ignuomni ardet serpentibus esca,  
 Perque humeros scrpit perque cerasti sinus,  
 Horrenda tegnur supraque, infraque fauilla  
 Pestis, obit tegetis pruna Sicana vicem.  
 Est pro pane picem, tetricumq; bituminis imbre,  
 Et resinata fulgura potat aqua.  
 Hinc versa in rabie mortu sibi mebra lacefit  
 Continuo, sinec necit habere dolor.  
 Deuonet & Diris Solemque diemq; Deumq;  
 Et quicquid tellus, quicquid Olympus habebet  
 Suppeditar maledicta dolor, ergoq; dolores  
 Suppeditare gelu flamma, sitisque uenos,

Petron.

Pedora cognatus torquet magis intima tortor,  
Consciaque impetus viscera vermis edit.  
Quicquid ubique mali toto reperitur in orbe,  
Inuidia penas equiparare nequit.  
Liuida corda manene eadem tormenta, maligna  
Inuidia sequidem peius in orbe nihil.  
Interea summo spectans mortalia caelo,  
Hec Regina uidet Virgo, parentisque Dei.  
Vnde datur superis terras spectare iacentes,  
Et circumfusi brachia curva maris.  
Est super astrigeri convexa voluminosa Cœli  
Divorum sedes, orbisque beata poli,  
Mœnia quadrato late fulgentia muro.  
Surgunt diuina vermiculata manu.  
Quadruplici è mœdi panditur cardine porta.  
Quas vario radians sidere gemma notat.  
Murus ibi fulua stellarus insipide fulget,  
Baccarum nivis limina luce micant.  
Lægor hic aether radiania lumine vestit  
Omnia purpureo, luce beataque sua,  
Nō iubar auricomus Sol his expandit in oris,  
Tincta nec argenti Luna colore nitet,  
Lucet ubique Deus sunt numinis omnia plena,  
Hic sine nube fluunt, & sine nocte dies.  
Hinc secum viamq; forens, certamque salutē  
Dulcior ambrosia nectaris onda fuit.  
Mens illuc secura mali dolor exulat omnis,  
Mistiaque carent gaudia, sine quies.  
Puro corde Deum depulsa nube tueruntur,  
Has qui terrarum deseruere plagas.  
Hic immortales diuina luce fruuntur,  
Aligeros inter, linigerosque choros.  
Hos supra Regina poli, materque Tonantis.

In

In solio stellis splendidiore sedet.  
Terna coronatos ornant diadema crines,  
Perpetuum cingit tempora lora iubar,  
Divite gemmasunt alabastrina colla monili,  
Pedora torquatus præradiatque decor.  
Fulua, per ambrasios scapularū sparsaque colles  
Cœstaries humeris dulce recumbis omus.  
Ex humeris amplio sinuosa lacinia tractu  
Pendet in angustum matris utrumq; latus,  
Astrorum pictura frequens exornat amictum,  
Ut porus vestem dixeris esse pulm.  
Hic depicta nitente cœli vaga sidera, Mundis  
Regna suo claudit palla ducesque sinu.  
Explicitaque fluiens operit mare, littora, terras,  
Et sub se quicquid continet orbis habet.  
A mundo tegitur muliebris Mundus; asylum  
Sub tegebat hac quisquis viuit in orbe tenet.  
Hic solia, hic magnos videas cum Cesare Reges.  
Hic stricto armatos ense latere dicitur.  
Omnia cumq; suis cultoribus arma, togæque  
Veste sub hac tellum constitutæ suum.  
Hanc pallam, late prolixaque syrmatæ tele,  
Vnica connectit fibula gemma nitens.  
Hac insulpa refert radians carbunculus auro,  
Verba, Salus Mundis Virgo, parentisque Dei.  
Huic Veneta templum cōsurgit in urbe salutis,  
Extructum summa religione patrum.  
Huc sua convertit de celo lumina Virgo,  
Sapiens hoc mulier missiur axe salus.  
Inde hominum, annūq; prece, O vota precati  
Audit, ibi indigentes sicut patriæque Dei,  
Erixla quos olim, quoq; Adria misit Olympo.  
Hic a Faustinius adest, atq; Ionata's comit.

Dissim.

Diuque sexenit almis cum ciuib[us] c[on] Afr[ic]a;  
*A Dignis Meritis d[omi]ni Longaq[ui] nomen habet;*  
*Hic Opiterginum & Magnus qui pauit oculi,*  
*f[ilius] Nicolen[us] que Anna g[ra]m[ma]tice c[on] Michaelae manet.*  
*Et satus inde pater patria Laur[entius] h[ab]it[us] urbis*  
*Iustinianus honos, Pontificumque decus*  
*Longorum gentilis, habet nos Ianua, nomen*  
*Qui sumpsero domus Iustiniana tuum.*  
*Sagreda i[de] Gerardus honor, cui tempora cingit*  
*Laura a Martryj sanguine parta suo.*  
*Longus ades[ti] Marci proles Hieronymus king[is],*  
*Palmam bre[ve] Christi fecit honore gerit.*  
*Et Bragadinus, cui pelle[m] perfidus hostis*  
*Detraxit, diuis gaudet honore pari.*  
**m** Petrus Acotatus, Princeps n[ost]ri Baduerius Vr[et]  
*Et o[ste] Cötarenus, atq[ue] Quirinus p[ro]adest (sis.)*  
**Petrus**

- a Dini Brixiani Martires S. Faustinus.
- b S. Ioniti fratres.
- c S. Afra Martyr, sub Traiano an. 108.
- d S. Dignamerita Longa Martyr.
- e S. Magnus episcopus Opitergij.
- f B. Nicolaus Iustinianus anno sal. 1170.
- h B. Laurentius Iustinianus Protopatriarcha Venet. an. 1400.
- i S. Gerardus Sagredus Episc. Chanadij, Pannoniae Apostolus, Martyr. an. 1040.
- k B. Hieronymus Longus M. a Turcis ferra disiectus an. 1463.
- l B. M. Antonius Bragadinus a Turcis fama[m]gusta, Cypro capra decoriatus an. 1571. Maurocen. Dolion.
- m B. Petrus Acotantus an. 1187.

*Et Petrus Vr[et]olus Venet. Dux inclitus urbis*  
*Est, proper quie graderis vir Gradonice i[de] Dei.*  
*Hic Maurocenus, t[em]p[or]e Balbus, Salomonius herds*  
*Et Bondumerius, y[ea] Bembus i[de] vterq[ue] pius.*  
*Cor raurum diuinq[ue] flagrans Corarius i[de] igne.*  
*Illustrata Dei lumine Bemba 3 cubit.*  
*Æmula qua C[on]ar & veluti Laurentia Longa, 4*  
*Clarior effusit religione, fide.*  
*Quæque Beaticis sororita Veneria s[ecundu]m nomen,*  
*Omen complexit, statque Beata polo.*  
*Pizzamanus 6 adest, quo Feltria Presule gau-*  
*Gatis & Anicia Barpholemaus 7 honos det,*  
*Rel-*

- n B. Vr[et]us Badu erius Dux Venet. an. 908.
- o B. Masseus Cötar. Patriar. Ven. an. 1450.
- p B. Fraci[us]. Quirin. Patriar. Grad. an. 1360.
- r B. Petrus Vr[et]olus Princeps Venet. Monachus Camaldulensis ann. sal. 976.
- s B. Ioannes Gradonicus Monachus ordinis S. Romualdi an. 980.
- t B. Ioannes Maurocenus Abbas primus Monasterij S. Georg. Maioris an. sal. 981.
- u B. Ludou. Balb. Monac. Bened. an. 1410.
- x B. Jacobus Salomonius ordinis Fratrum Predicatorum an. sal. 1236.
- y V. Andr. Bondumer. qui cu[is] Philippo Pz ruta, Francisco Contar. Michale Maurocenio Inflitnit Congreg. Religiosam S. Spiritus in Insula Veneta an. 1424.
- z B. Leo Bembus an. 1204.
- 2 B. Anton. Corarius ord. Iesuat. an. 1444.
- 3 B. Illuminata Bemba Sanctimonialis ordinis S. Claræ an. 1440.

Relligionis ades decus immortale Somascha,  
Æmiliane 8 sacra nomina legis habens.  
Orphana quem pubes patrem cognovit, egeni  
Præsidium, mihi eti subsidiumque suum.  
Hic Daniel Molinus 9 adest, Lögusq; Philippus  
Affisij 10 socius, discipulusque patris . (pis.  
Nec Marinonus 11 abest Venetæ nouæ gloria stir  
Cum reliquis Diuini et Comitissæ 12 comes  
Donatus 13 gentis splendor cognominis adstet,  
Et Bonus 14 Insubris pastor ouilis amans,  
Quos Valeri, Marijque tulit g̃s inclita Celsi  
Marcellæ Diuini, Cornelianeque domus,  
Romulea, Venetaque potens qua floruit urbe.  
Multi

- 4 B.M.Laurentia Longa Fundatrix Capucinarum an. sal. 1542.
- 5 Beatrix Veneria. Fond. Mön.S.Sepulcri.
- 6 B.Ant. Pizzaman. Epif. Feltriæ an. 1510.
- 7 B.Bartholomæus Michael ex géte Frangipani anum & Aniciorum an. 1420.
- 8 B.Hieronym. Æmilianus Fundat. Congreg. C.R.Somaschensum anno . 1530. Orphanorum pater. Confr. Rubeus episcop. Vegle A.Turtura.Stella.P.Morigia. Philippus Ferrari.
- 9 B.Daniel Molinus Monach. Camaldul.
- 10 B.Philippus Longus socius S. Francisci anni 1226.
- 11 B.Io.Marinonus. C.R.Teat. an. 1560.
- 12 B. Comitissa Taleapetra ann. 1300.
- 13 S.Donatus episc. & Martyr. an. 364.
- 14 B.Io.Bonus episc. Mediolaniuide Dhi liopum Ferrarium.

Multi adsunt, quorum nomina nota Deo,  
Hic superum decies centum, deciesq; trecenta  
E cœlo, ac terris millia lecta manent.  
Cenomanos, Venetosque patres quincunq; tuetur  
Algeri proceros sydera celâ petunt.  
Votaque pro Longi concepta salute, precesque,  
Thuris odoriferi more subinde ferunt.  
Hec tibi Virgo potes inflar thymiamatis offert  
Indigerat cactus, Cœlicolumque chorus,  
Parthenia Matri custos hac aliger offert,  
Cui commissa viri cura, salusque manet,  
Ex quo vitalis puer haufit luminis auras,  
Tartareis victimæ ne cadat ille dolis.  
Hic sibi commissam mira pictate tuetur  
Laurentius vitam, dirigit asta, vias.  
Absuerat sed forte, virum cum linda Postis  
Ausa veneficijs perdere recta subit.  
Quo præcantatas ter nocte reduxerat umbras,  
Et maga Thessalicos senserat olla focos.  
Iamque venenatis Longi consperserat artus,  
Succit, cum custos aliger axe redit.  
Laurentemque graui reperit decumbere morbo,  
Qua procu! absuerat, penitusque mora.  
Diu paraque Dea commissi vota clientis  
Exponit, meritum narrat, opemque rogat.  
Stelliger ethereo rutilabat fulgere vultus.  
Multus in ore decor, multus in ore lepos.  
Ambrosius color ora, vigorq; perennis habebat.  
Pinxerat impubes prima iuuenia genas.  
Aurea Cesaries humeros umbrabat, & auro  
Concolor utroque in tempore cinnus erat.  
Candidus ex humeris iuuenilib, ibat amictus,  
Cingebant nitidum florea sarta caput.  
Thuris

Thuris odoriferi plenamq; mouebat acerram  
 Dextra, preces fuisas hinc referebat odor.  
 Virgo paris, inquit, Longi miserata labores,  
 Exaudi famuli vita, prece que tui.  
 Quem Deus ipse mea cura commisit ab ortu,  
 Subque patrocinio qui manet usque tuo.  
 Hic te perpetuo veneratus honore, clientem  
 Et famulum prono se vocat ore tuum.  
 Ex quo Palladios inter descriptus alumnos,  
 Qui studiueri, tibi nunc ubi templa manent.  
 Quia Generosa tuo sedes Academia fano  
 Cessit, ibi noſter Longus alumnus erat.  
 Prima fecuturi posuit primordia Martis,  
 Ex tyrone varus signifer arma ciet.  
 Belloque Tartarcas debellatura cohortes  
 Militii, farrā te duce Virgo gerit. (gnāt  
 Auspice qua superi, qua sūr data classica, pu-  
 Vnde tibi victrix gloria multa venit,  
 Surgit honor, nomenq; tuum, celebresq; triūphi,  
 Militibusque tuis laurea, palma datur,  
 Ille recens miles vixius veteranus in armis.  
 Victoriae palmas, laurea ferta tulit.  
 Ante comes platanus, laurus sacra perdet odo-  
 Ver violas, astas Sole oriente rosas. (rem,  
 Quām non producat Laurenti germina laurus,  
 Aurora Virgo rōre rigata tua.  
 Parua licet primum surgi radicibus altis,  
 Et mox frondicomum tollit ad aſtra caput.  
 Sic qua Carpathiū late Pharos aequor, & Afros  
 Despicit, ante silex paruaque petra fuit.  
 Virga fuit quondam, qas nūc ferit athera ramis.  
 Laurus, & hostiles non timerat alta Notos.  
 Patronam teneris te, Virgo, elegit ab ammis,

Sub-

Subque clientela vinit ad huncque tua.  
 Flore thymi pascuntur apes, & rōre cicade,  
 Graminibusq; nouis agnus, & imbre seges.  
 Illum Virgo tuum nomen delectat, & ori  
 Blanditur, quoties ora Patrona subis.  
 Patronam te ſape vocat, dominamq; salutat.  
 Ergo patrocinium ſentiat ille tuum.  
 Scis quanto studio tua miles signa fecutus  
 Sit, quantaque cliens te pietate colat.  
 Illum quanta tui tangat reverentia cultus,  
 Et tibi qua fundat religione precos.  
 Tornatis inserta globis dum licet voluit,  
 In denas decades quos mouet, ore precans à  
 Deuoti ſoluit globularia pena laboris,  
 Quotque preces fundit, tot parit ore rosas.  
 Si Carnaceum dependeat inde metallum,  
 Illius hinc per te pendeat alma ſalus.  
 Nouimus ad vita reuocatum lumina quēdam  
 Truncaei capitisi murmure fuisse ſcelus.  
 Martius hunc Stygio damnauerat igne reatus,  
 Et ſua damnatum pena ſecuta foret.  
 Huic ni confeſſo ſcelus ore piare dediſſes,  
 Virgo prectis roſe ſupplice culta thymo.  
 Vnde poli pascuntur apes, & mollea dona,  
 Perpetuasque legunt ferula datura dapes.  
 Iſta recantatis ſi eſti militis umbris,  
 Protulit inuitu funere mensa diem.  
 Quo magis infontis Longi reparare ſalutem  
 Par erit, immeritū quem premit atria lues?  
 Septenis de more tuas hic concinit horis  
 Quotidie laudes, te veneratur, amat.  
 Feruentis quoties deponit verba labello,  
 In te vir toti es officiosus adeſt.

His

His solet insignes titulos adiungere canit,  
 Quos Laureano personas aula domus.  
 Quae sacra Piceni recunt oracula templis,  
 In thalamis Laurens concinit adegit.  
 Fessa negatque prius concedere membra quieti,  
 Soluerit bac sacris quam tibi pensa modis.  
 Dulcior his actis sopor est, neque nigra veretur  
 Somnia stat Lemurum cassa paurore domus.  
 Quin reuoluta suos absoluit ut hora coluros,  
 Distinguuntque sonans malleus ore diem.  
 Lubrica contracti reputant sibi tempora vita;  
 Hac, ait, si eui pars quota dempta mei?  
 Ne me lathifera fors ultima subruat hora,  
 Da tempestivam tunc mihi Virgo manum.  
 Mater ave, summi qua gratia numinis implet,  
 Sic ad me redeat, quam ribi dico, salus.  
 Dumq[ue] tibi dictam Gabrielis ab ore salutem  
 Campano signant icla metalla sono.  
 Ad ternos pulsus repetit tria verba salutis,  
 Quodque monet mudi publica lingua, facit.  
 Seu matutinis resonent tinnibibus ora,  
 Seu vespertinis pulsibus icla sonent.  
 Seu paribus discent spatiis occasus, & Ortus,  
 Te genibus flexis Longus adorat humi.  
 Voce sacras & mete preces tibi fundere suavit,  
 Sacra tibi supplex templo frequenter adit.  
 Insignesque tuae venerantur imaginis aras,  
 Pro que tuo fractis gaudet honore sacris.  
 Septima quaque dies Saturni a sydere dicta  
 Laurentis vacuas non sinit esse manus.  
 Hanc tibi namq[ue] sacrā nouit splendescere lucē.  
 Clava Palestinis qua fuit ante sacris.  
 Obscuus sed virgo tuis ardenter instat.

Loni.

Longius, & sacris rebus adesse solet.  
 Sobrius & tenui soluit ieiunia vixit,  
 Te precibus gaudet sollicitare p̄ys.  
 Atque pio gravis ere manus, quo cōfus abūdat.  
 Pauperie oppressis munere præber opem.  
 Argumentum ingens, atque ansas mille colendi  
 Te dat ei pietas, atque ministrat amor.  
 Materiem lux ipsa viro, fuga lucis, & umbra.  
 Et labor, & requies, vitaque tota referit.  
 Infixum gerit ille tuum sub pectore nomen.  
 Te memori Mariam semper in ore gerit.  
 Nec calamus unquā, nec docta negotia traxit,  
 Nec resona tangit Delphica plectra manu.  
 Auspicijs nisi Virgo tuis incepit secundes,  
 E Virga Iesse laurea vera placet.  
 Nō plater armonicis meditari canica metris,  
 Ni decus, & nomen preferat oda tuum.  
 Nec memor esse tui cessat, cum lumina somnus  
 Claudit, ei non est absque sapore sopor.  
 Si quem re dignis celebrantem laudib. audit,  
 Huic spectata oculos, cor celebrata rapis.  
 Concipit ipse tuum cunctis ex rebus amorem.  
 Non secus, ac flammis mille das una silex.  
 Nam si quando videt vernantes florib. hortos,  
 Hortum conclusum te pia Virgo colit.  
 Si viridi campu cernit frondere theatro,  
 Plus, inquit, genere gramine Virgo viret.  
 Cerulea spectans violas epicyclade claras,  
 Dicit, pra viola est intulata parens.  
 Si videat nitidis argentea lilia bulbis,  
 Hoc nihil est, inquit, p̄us mea Diva nitet.  
 Citria malus ei vesco si rideat euro,  
 Pulcrior est inquit germine Virgo s.i.o.

Hinc

Hinc se purpureo dependent vua racemo,  
 Dulcior huic vna Cypride virgo sapit.  
 Si baccas quisquam gemmasq; ostendit Indas  
 Plus mibi, aut Mundis gema, Maria, places:  
 Si formam videat pulcre, volumque puelle,  
 Pulcior est inquit numinis alma parens.  
 Si vibrant oculi blandi duo fulgura Soles,  
 Clamat is, ob quanto blandior alma Dea est.  
 Versicoloratum si conspicuus iridis arcum,  
 Quam melior virgo nuncia pacis, sit.  
 Dumq; graui morbo premittit Laurentius, una  
 Spes, ait, & nostris Virgo medela malis:  
 Agororum tu dicta Salus succurre clienti  
 Diua tuo famuli respice vota tui.  
 Ad colum niueis mens illi candida pennis,  
 Et nulla sceleris mole grauata volat,  
 Qua licet aethereo quandoque exardent igne,  
 Vincat & intactas pura nitore niues.  
 Se tamen accusat, culpas humilisque fatetur,  
 Quas licet exiguae commeruisse putat.  
 Dum timet offensi diuini numinis iram,  
 Tum lachrymis mistas fundit ab ore preces,  
 Nonit enim lacryma placari supplice Numen,  
 Astrorum dominos dum iacet ante pedes.  
 Vel minimas deflet culpas, quandoque serenis  
 Solibus ex fletu nubilus ille pluit,  
 Seponit curas, nec vana negotia traxat,  
 Diuinam simplicem si parat ire dapes,  
 Incedit roto virtutum cultus amictu.  
 Quem tanta mensa nec satis esse putat.  
 Te cum prole tua diuina pectora versat,  
 Quippe tui & nati flagrat amore tui.  
 Quem dum sub sacro Cereris velamine teclu,

Suscipi-

Suscipit, hos sensus volvere corde solet.  
 Ab Deus<sup>1</sup> ab cunctis melior mihi portio rebus  
 Tu mea nunc ibis dulcis in ora cibis:  
 Ergone cum superis communi pascar ab esca,  
 Vmbra ego sim mensa Christe beata tua!  
 Virginis ecce caro puro, satis sanguine matris,  
 Me indignum ut pascat viscera nostra subit:  
 Materno Christi sanguis de sanguine manat,  
 Acceptum corpus hoc tibi Virgo fero.  
 O felix vna ante alias Catharina Senensis,  
 Et consueta sacrī pectoris Afflītus.  
 Vulnera queis licuit rosea delambere lingua,  
 Mille quibus manana massica, mille faui.  
 Sed mihi non unū sandi das pectoris haustum  
 Vulnus, sed quauis corpore vena rubet,  
 Hybli rores & Hymettia mella, valete,  
 Hec mihi pre cunctis dulcissima sapit.  
 O Iesu mea sola famis, mea sola voluptas  
 Quam sapit ipse, tui si sapit ipsa fames?  
 Hec dum corde magis, qua lingua fatur, amoris  
 Aetherea flagranti pectora tacta face.  
 Nachoridis veluti flagrante cupidine Neptis  
 Isacida Assyrias dicitur inter ones:  
 Cum Lippa insonse pertusus lumina Lie  
 Postea Rachelao prauulis arua toro:  
 Sic Laurens ardet diuina gloria amore,  
 Est dininus bonus unicus eius amor.  
 Maiorem pro sine sibi proponit honorem  
 Numinis, exiguo non satiatur amans.  
 Hac est magnoruū pulcherrima meta laborum,  
 Ne npe Dei maior gloria, maior bonus.  
 Propter eā, posita est adamantina regia cōlī,  
 Propterea in nostro volvitur orbe dies,

P Pro-

Propterea viget alma virum , viget alma ferari  
Usque à sydereis vita trahenda globis .  
Ad metam hanc Virtutis iter Laurentius arte  
Direxit , quamquam dissimulare solet .  
Vitat enim meritos præclaræ modestia honores ,  
Quos meruisse magis , quam tenuisse cupit .  
In tactu iuuenis cupiens seruare pudorem ,  
Luminibus sicut ponere iura suis .  
Huc illuc ne periuolent , minimūq; sequatur ,  
Si qua audit strepitus , auris aperta sonum .  
Obvia plebs illi si forte occurrat cuncti .  
Qua molitur iter , lumen fugit humi .  
Flos pudor est oculis gaudens residere modestis ,  
Idcirco terram qua soucatur , amat .  
Ne , medio si nulla foro Diana timenda est ,  
Obvia forte Venus , qua timetur , eat .  
Nota illi Hebrai non cauta modestia Regis ,  
Cui vidisse semel , disperisse fuit .  
Heu quantum leuiter rima traicetus ocellus  
Materiem lacrymis præbuit assiduis .  
Obijcant Longo si visu fœda sodales ,  
Adducit celeri lumina casta fuga .  
Purpureusque rubor toto diffunditur ore .  
Nempe bonus color est iste pudicitia .  
Illi animo subit omne tuū decus , alma Virago ,  
Affulges superis quam speciosa chorus .  
Et te suspirat , dulciq; affatur amore ,  
Sola placet oculis candida Virgo meis .  
Nec non sanguineo moriens in robore Christus ,  
Occurrit menti scena pudica piz .  
Quamvis nulla micent extincte sydera frontis ,  
Spina cruentatus perdat adacta comas .  
Nulla tamen facies olli formosior ista ,

Qua

Que proprio effuso sanguine tintæ rubet .  
Præ natis hominū rex formosissime Regum .  
Æquat nulla tuum forma decore decus .  
Purpureos ait , hinc haesit rosa pœta colores .  
Lilia nativas inde bibere nubes .  
O lux , o facies quoque nitentior astro ,  
Ut mulces oculos , & rapis usque meos .  
Quot blandis Virgo radios iacularis ecclisis ,  
Tot iacit in vultus tela faceisque meos .  
Nix vrit teneros per vultus sparsa videntem ,  
Accendit nubes flammea corusca genis .  
Dū tua Christe quæā , & tua lumina Virgo tue -  
Nil mortale oculis cernere euro meis . (rt)  
Hec ille , & lingua nouis compescere freno .  
Quod dedit huic ratio , nec nisi casta loqui .  
Nempe silendo loqui didicit , sic prima loquèdē  
A'rs docuit Samie conicuisse schola .  
Ad limam prius , ad linguā mox verba reducit ,  
Ut probet artificem lingua diserta suum .  
In laudes pia virgo tuis sapo ora resolut ,  
Qua sit diuinis laudib; esse data .  
Hinc simul ac oculis lux pellit nata soporem ,  
Te Marram dominam supplice voce roget .  
Te vocat ille prius quam d dat lumina somno ,  
Sepe soleq; pide dicere , mater ave ,  
Si sit ad matris sic prouocat ubera natus ,  
Si friget , poscit matris habere sinum .  
Sone ligas oculos non lingua protinus , alium  
Dum dormit matrem te vocat usq; suam .  
Nimirum cor non habitas sanctissima Virgo ,  
Deneget optatum si tibi lingua sonum .  
Echo animi lingua est , quodcūq; hac audiit in -  
Hoc solus nobis lingua referro solet . (tus ,

P 2

Quo

Quo semel est imbuta recens diffundit odorem  
Tertia diu, sic mens, quod tenet intus, olet.  
Altius Aethereò bibat ut Laurentius ignes,  
Secretum solus saepe cubile petit.  
Mens ubi se populi furata tumultibus alta  
Contemplando Dei facta per astra volat,  
Viratum studijsque vacat sua ponderat acta,  
Consilijque sui commoda multa capit.  
Dum lacrymis commissa piat, quandoq; serenis  
Solidibus ex steti nubibus ipse pluit.  
Si qua sibi dictis macularint crima lingua,  
Irrigi fletus imbre cadente Lauat.  
Prior emanat secretis riuis ab antris  
Publica turbidior sapius exit aqua.  
Suauius, hybernari sic tū ver excipit annum,  
In sola nemorum fronde queruntur aues,  
Quin & pastorum roseis exercita labris  
Dulcissimis in solis fistula garris agris.  
Sic tacita Longi virtus mage crescit in umbra,  
Ac velut e Troe fertilis exist equo.  
Prudenti suspecta viro sit publica virtus,  
Quæ nisi res poscat, delinisse cupit.  
Non bene tua manent argenti pödera, & auri,  
Quæ pars facta gerit non bene cauta manus.  
Crapula nulla graues facit illi in nocte sopores,  
Vmag nulla premunt largius hausta caput.  
Huc peccare vident quæ mēte nouissima voluit,  
Mors. & Indicem, Tartarus, atque Polus.  
Nempe suum vivens meditatur corde sepulcrū,  
Precentia funus cycnus ut ipse saum,  
Infernus animo vivens descendit ad umbras,  
Vi petat Empyreum post sua fara iubar.  
Se obiciunt illi viuis spectanda figuris,

Quæ

Quæ iustos celo gaudia, quanta manent.  
Vtiliter studijs operas impendit amatis,  
Virtutes morum sed colit utilius.  
Quid recti sermonis, ait, non rumpere leges?  
Predeft, vita mihi si sine lege fluit?  
Astra, polum recto metiri gnomone foto  
Errantia celo quid iuuus astronomum?  
Quid diuina loqui quid acuta mente tueri,  
Mente. Deum mundo si male facta negent.  
Sit doctrina mihi pietati iuncta superna,  
Principium Sophia nam timor ipse Dei est.  
Sit Musa & mihi cura, prior sed cura Mariae,  
Altera Pallas adest Virgo Maria mihi.  
Hinc to diuina sedes sapientia amauit,  
Et sub vexillo militat ipse tuo.  
Ex quo Parthenio nomen signauit in albo,  
Nomen corde tuum semper & ore gerit.  
Vera fides Christi, quæ sacræ haesit ab undis,  
Laurenti in fido pectore firma manet.  
Non uit hic hereticum catus vitare magistrū,  
Cognovit vera quando carere fide.  
Externas illum qui linguis ante decebat,  
Infidum propriis iussit abesse domo.  
Non ita terrificis commissa tonitrua nimbis,  
Vel iouis à dextra fulmina missa timet.  
Horret ut hæreös pestem, dirumq; venenum,  
Verba pudicitia sic inimica fugit.  
Obscenas Veneficasque faces, & turpia dicta,  
Auditique odit, qualia Naso canit.  
Naso Tomitanas merito depulsus in oras  
Turpiloquam linguam barbara terra deceit.  
Quæ si cui impuri flammæ iniecit amoris,  
Non sedare Padi, nec maris unda potest.

P 3 Lauren-

Laurenti Longo Laurus Longeua morenii  
 Quæ facit nomen, casta puerula fuit.  
 Virgo fuit, vestam posuitque pudoris amore,  
 Daphne, Pieris manc comagata uigis,  
 Nec nisi casta solet præcingere tempora vatum,  
 Impudique procos nunc quoq; Virgo fugit.  
 Castalius castis illi sons affluit undis  
 Cui castos versus Virgo camena dedit.  
 Historias Laurens safoſq; reuoluere gaudet,  
 Martia Roma tuos, Grecia sive trios.  
 Bellica deſpit's modo fingere caſtra ſigaris,  
 Prælia pacificis & ſimulare notis.  
 Et varia artes, & Stratagemata belli,  
 Et prudens inſti diſcre Martis opus.  
 Illustres celebraſe viros, heroas, & arma,  
 Gestaque Maenonia bella referre tuba.  
 Sine coloratis gemmantem floribus hortum  
 Pingere adhuc longè floridore metu.  
 Mox laudes canit ille tuas dignissima Muſis  
 Virgo coronata ſidera fronte gerens.  
 Mane Aurora illi, mox Cynthia nocte vocari,  
 Quaque regit trepidam ſtella ſecunda ratæ.  
 Nascentemq; colit, Solyma mox tēpla ſententem  
 Te comes & thalamos concinuit inde tuos.  
 Prola tua viva letam, moriente dolentem  
 Te canit, ut vicia deſtige natus ouer.  
 Transacta & meditans non difona funera vita,  
 Virgo, ait, ò tecum da mihi poſſe mori.  
 Mater adeſto mihi pre meque precare Tonatæ,  
 Ultima cum veniet funeris hora mei.  
 Attentus legit ille pios, ſacrosque libellos,  
 Virtuti hinc ſucces fert, animoſque ſua.  
 O felix nimium quoties de codice lebbo,

Conci-

Contipit ardentes ments flagrante faces.  
 Aſſtuat etherei flammis dum peccus amoris,  
 Diuini Phoenix Solis ab igne flagrat.  
 Chrifi ſacra docens niuea uigilia Muſa  
 Sectari, ſancta voluit arce liber.  
 Quæ, tuos narrat mores, & facta, decuſque  
 Aſſiduam fulget pagina trita manu.  
 Sepe legi libros, ſancto qui numine ſcripti  
 Dilectante hoc rerum ſpernere inane docent.  
 Retia quoſ ſingunt in ciare, & ſemper optimis  
 Diuiniti pingues illuſcere foras.  
 Christus ei liber eſt inter pulcherrimus omnes,  
 Septem ſigna foris ſcriptus, & inuis habet.  
 Quam ſummo pierate colit, deſixa cubili  
 Indicat extinctum Crux veneranda Deum.  
 Hunc ille ad morte complectiuit ore, cupitis  
 Suauiter incumbens immoriturque genis  
 Hic tua Apelleo Virgo depicta labore  
 Illius ante oculos extat imago pios.  
 Quæ quocties ſpectat, ſummo veneratur honore;  
 Et te presequitur cordis amore pari.  
 Non molles curat Longus duclare chorœ,  
 Tellurem calcat ſed graniere pede.  
 Exulat infamis cum piciis alea chartis,  
 Et quiſquis rixam ſpargere ludus amat.  
 Si curas ludis quandoque remittere honeftis,  
 Et ſtudij ſeffum ſe recreare velit.  
 Efficit acies buxo, ſimilataque veris  
 Prælia, ludendo ludicra regna ciet.  
 Committit dubio binos certamine reges,  
 Candidaq; hic, alter Memnonis arma gerit.  
 Agnitus aduersi miſcentem prælia Regem  
 Oppugnat, vincit, mox ſociosque nouem.

P 4 His

His conferre solet virtutum pralia crebra  
 Cum vitijs, vita militiamque sua,  
 Auspicijs quā virgo tuis gerit, atq; triūphans,  
 Hostibus e vīctis capta trophya referi.  
 Sirenum canus, & pretextare pudicis  
 Auribus indigna hic dicta, iocoisque fugit.  
 Vipereas obscena vocat vocabula spumas,  
 Tartaroisque canes, Tisiphone que faces.  
 Hoc vetat immundo castas sale spargere mētas  
 Sed si verba sera liberiora comes,  
 Continuo rubor ora genas, frontemque colorat,  
 Qualis ab impatia reptit in ora manu.  
 Si missis quandoque petit viridaria curis,  
 Actus virtutis elicit inde nosos.  
 Comparat hic flori vitam, qui fronde ceduca,  
 Vix oriente viget Sole, cadente perit,  
 Si cernat violas humiles inserpere terra,  
 Demissi est animi flos, ait, iste typus.  
 Si nini, & argento certantia lilia, clamat,  
 Quam pulchra d' caste mentis imago nites,  
 Candida purpureis si iuncta roseta rofescit,  
 Quam bene, ait, causto friget in ore rubor,  
 Durare & nosmet rebns seruare secundis,  
 Rosmaris, & laurus nos, hederaque docent.  
 Si videas avoreis hederas errare corymbis  
 Implexas tranco, & ferre sub astra caput.  
 Virginis imitar, ait felicissimis vīnis,  
 Quodq; hederis arbos, hoc mage Virgo mibi  
 Lançūd' los flores videat si ponere vultus, (est.  
 Dum sibi forte do ent solis abesse inbar,  
 An nobis, inquit, noli diuiriere Virgo;  
 Omnis enim noster te sine languet amor.  
 Innumerous florūt stupent si forte colores,  
 Matris,

Matris, ait, dotes quis numerare queat?  
 Marmore de Paro surgat si forte columna,  
 Candidula effigies quam pede casta premat,  
 Qua vitream viuco mittens ex ubere lymphā,  
 Irrigat herbiferum fonte fluente solum.  
 Hoc quacunq; polo veniūt mibi manera signat,  
 Inquit, per castum Virginis ire sinum.  
 Hortum conclusum te Virgo dicimus, & si  
 Laurus ibi è multis, flosue beatus ero.  
 Respirare tuas in laudes Virgo perennis,  
 Ad deus eterni numinis ipse cupit.  
 Tam tibi deuoto ne deſis Virgo clienti,  
 Quam petit illa tuam, & precor, nffer opem.  
 Diua salutarem languenti fert medelam,  
 Pressaque tabifico membra dolore leua.  
 Talia dicenti Genio, cui cura fidelis  
 Longi est, responsa hæc Virgo parrona dedit,  
 Non ignota refers tuos encomia Longi,  
 Noia mibi pietas, elegi que viri est.  
 In quo sparsa moi à puerō que semina cultus  
 Agnoui, semper grata fuere mili.  
 Hunc ego præcipuo dilexi semper amore,  
 Quem patrocinij protegit umbra mei:  
 Virtutisq; suo ut Laurus diffundit odorem,  
 Quo sibi vel possit conciliare Deum,  
 Huic ego me semper fidam prestabo parentem,  
 Nec potevo nati non meminisse mei.  
 Ipsius audiui genitorum & vota precantum,  
 Coningis, & Venetum, Cononatumq; preces.  
 Haecq; Deo matris qui me dignatus honore est,  
 Exposui, votis annuit illo pijs.  
 Exorata mibi simul, & concessa potestas,  
 Per quam mox Laurens sanus, ut optat, erit.

Hac Longo mea dicta refer solare dolentem,  
Speret, & auxilium sentiet ille meum.  
Nostri illum magis urat amor, cultusq; calefacit,  
Ut me maiori nunc pietate colat.  
Dixit, & aligerum custodem Virgo redire  
In terras, agro & iussit adesse viro.  
Protinus ad Venetos delabitur ocyor Euro  
Penniger etherea missus ab arce puer.  
O quam pulcher erat, superi, puer ille; tegebant  
Obscurata, suas astra minora facies.  
Parrhasius erubuit, latuis Cyllenus ignis,  
Et minus illustri lucifer ore fuit.  
Frons nitet, & vultus maioribus emulis astris,  
Acumula erant rubris bina labella resis.  
Lumina certabant Soli, Luna & quiescit illis,  
Iudice me, primas Lunasq; Solque dabant.  
Par lingua, vocisque modus, par gratia, gestus  
Cœlestis erant digni, cœlestis digna manus.  
Omnia natura, nibil artis, eburnea ceruix,  
Collaque non tacta candidiora nire,  
Deniq; cuiq; suis partis decor, omnia Longo  
Membra merum cœlisi visa fuero tubar.  
Talis ei apparet cœlestis nuncius aule,  
Inque illum blande coniicit ora loquens.  
Pone metu Laurens, certa spem sume salutis,  
Quam Dens & Virgo mitei ab axe tibi.  
Nam Deus, & mater diuina, ut thuris odore,  
Accipere simul vota, precesque tuas,  
Pro que tua fundis quas Brixia mæta salute,  
Adtraque, Indigetes quasque tulere Dei.  
Hac tibi vera sero supero demissus Olympo,  
Sum siquidem custos aliger ipse tui.  
Hac aut, eque oculis se protinus eripit Ales.

Cui

Cui commissa fuit cura, salusque viri.  
Tum respirauit posita formidine Laurens,  
Iamque salutari à Virgine sperat opem.  
Custodiq; suo genio, superisq; patrono,  
Pro tanto grates munere Iesus agit?  
Protinus accorsit Mundis Regina Salutem,  
Qua nuber Veneta depulit urbe Luem.  
Cui commissa fuit sacri custodia templi, quis  
Quod struit Vrbs Veneris quo dominatur a—  
Quodq; Salutis habet ppriū de nomine nomen,  
Semper ad imperium statqua parata Dea.  
Aligeras inter Virtutes eminet ingens,  
Miraque vis illi in corpora cuncta manet.  
Cui sanare datum laguentia membra repete e  
Tollere vel morbos, quos medicina nequit.  
Misericordia rosis decorant ridentem lilia vulturum,  
Formaque mortali pulchrior ore viget.  
Fert volucres pénas humeris, color aureus alis.  
Cœruleus chlamydi, vestibus albus inest.  
Balibeus amoris ei pellus stellatus acanbo,  
Picita cothurnatos velut alata pedes.  
Hanc Regina poli descendere iussit Olympo,  
Dum Venetiam gentem perderet atria lues,  
Immeritus premcer Petris cum rabida ciues,  
Funeribus saceret nec Libitina modam.  
Pallidaque exangui fallerent corpora morbo,  
Morbia visa magis, quam moritur a brevi.  
Angelus o Ad facias venii, qui presidet oris,  
Igea cui vestis crura columnæ duplex,  
Nubibus induito Solis iubar ore ferenti,

P 6 Iris

---

o Angeli praefidis Venetiar. decrip io ex  
Apocalypsi Dñi Ioannis. Cap. X.

Iris cui frontem nuncia facis obit.  
 Et leuo terras,dextro pede temperat undas,  
 Vtque Leo clamans deculit axe librum,  
 Qui tibi gustatus,generosa Academia, factus,  
 Dulcior Hyblao melle repente fuit.  
 Immunes à peste tuos seruauit alymnos,  
 Et quid tunc poruit dulcius esse tibi?  
 Peccatis amaritatem qua non experta fuisti,  
 Nempe salute nihil dulcissimo posisti.  
 Quam iuuenes viderunt patria pro gente rogarunt  
 Numina,tunc precibus obtinuere suis.  
 Hanc Venetiam Regina poli demisit in urbem,  
 Ut foret in tantis una medella malis.  
 Hanc, quoties oratur opem, demittere suavit  
 Virgo potens, templo prepositaque sua.  
 Et modo sub fidium Longo prestare petenti  
 Imperat, & certam ferre salutis opem,  
 Wade, ait, o nostri custos fidissima templi,  
 Urbs mihi quod Marci clara Leone struit.  
 Seruorum qua templa meo de nomine fratrum  
 Fumant Longorum proxima testa pete.  
 Langues ubi in solito morbi Laurentius esti,  
 Et nostram precibus poscit anhelus opem.  
 Inde grauem citò pelle Luem, contagia morbi,  
 Quicis premisur, redde hunc incolumemq; suis.  
 Id pietas, cultusque meret Iuuentusq; patrisque.  
 Qui nos denuo semper honore colunt.  
 Suspiro letetur nato instissimus heros,  
 Qui nunc Brixiadum regia sceptra tenet,  
 Præside quo nullus melior nec amantior equi.  
 Non iam Cenomanum, quæ regit, orbe minor  
 Facis amans præcepis toto dignissimus quo,  
 Semper honorata scepera tenere manu.

Gaudet

Gaudeat incolumi mitissima pignore Mater,  
 Grata Deo mulier,princeps digna viro.  
 Quæ prostat virtute sua,ne prijca veritas,  
 Laude pudicitie secula minora premat.  
 Gestat Elisabeth coniux cum prole sub aliis,  
 Exultante mari,quam paritura brevi cib.  
 Infantum pariet Cœlo maiora daturum  
 Gaudia,quam terris; quis tñ ampla dabit,  
 Quippe die festo Dini cognomini auras,  
 Hauiet, & diuum gaudia festa petet.  
 Et pro lacte bibet caelesti è flumine viuam,  
 Omni qua melior nectare manat,quam  
 Inter eos, Agnū qui semper in axe sequuntur,  
 Omni labo carent,candidus agnus erit.  
 Additus illo choro superum,celique ministris,  
 Gaudebit vultu cuncta beantur Dei,  
 Qui pari accepta prolem pro prole rependeret.  
 Signa ubi lustrarit Sol duodenam poli.  
 In longam coniux fac viuat utero senectam,  
 Ille senex nunq; hoc nunquq; habeat anus.  
 Mox Laurentius ubi Veneti sanaueris artus,  
 Infirmo vires reddiderisque nouas.  
 Indo redi qua nostra manent tibi credita, cure  
 Eternæ Triadis proxima templa domo.  
 Alterius Laurentis idem cognomen habentis  
 Egrotis membris,quam pores asser,opem,  
 Vt votua mibi persoluat sacra Sacerdos,  
 Qualia in edo mea sepe litare solet.  
 Sic duplex laurus resurrecat rore salubri,  
 Atque pares grates reddat uterque mihi:  
 Vix ea dicta dedit superum Regna Saluti,  
 Cum noua senserunt gaudia Cœlicolos;  
 Et grates egere Deo,superumque parenti,  
 Obsr.

Obsequiosa simul deuolat axe Salis,  
 Hanc soror unanimis comitatur Hygea, Pelasgi  
 Ignoram vulgo quam coluere Deam.  
 Cuius & effigies paucis velata patebat,  
 Feminei cetus huic posuere comes.  
 Hec superas omnes inter pulcherrima Dinas.  
 Virtus, cuius ope corpora sana valent.  
 Non cedit candore niui frons, gratia circum  
 Ludit, & aspersus ridet in ore lepori.  
 Gratiior in gemino scintillarum lumine risus.  
 Et coma cinctimis aurea fronte fluit.  
 Virginibus candor minio flammascit Ibero.  
 Et nubo candet Punica lachryma rosa.  
 Sunt humeris ale, geminis talaria planis,  
 Quis quoquenque cupit Diua repente volat.  
 Iussa per aerios volitant dum numina tractus.  
 Despiciuntque oculis inferiora suis.  
 Subiectas terras mirantur, & oppida, & urbes,  
 Impositas arcis montibus, atque ingens.  
 Colibus Euganeis, Phrygique Anthenoris urbē  
 Proxima proficiunt m'nia strūcta mari,  
 Templaque diuorum, vera pietatis asyla, (mos)  
 Quas Domina Vrbs ponti tollit ad astra do-  
 Talibus hec mirans affatatur Hygea sororem,  
 O que se se oculis subdit imago meis.  
 Vnde hoc in medio moles operosa profundo?  
 Vnde tot Adriace monstra stupenda plage,  
 Vnde tot in liquido convoluta palatia ponto,  
 Tot pontes, turres, templi, Theatrica, foras  
 Anas Amphionio pulcher ima menia plectro,  
 Ismariae lyra strūcta fuisse rear?  
 Vrbs vel an emerit, velut olim Delos ab undis,  
 Aequandos dñis progenitura viros.

Palla-

Palladij ne instar, vel ut alto ancilia celo  
 Lapsa, Dij in medijs hanc posuere vadis?  
 Dic mihi cara soror, qui genit, & urbis Origo  
 Dicitur; bac quoniam tempore strūcta fuit?  
 Suscipit alma Salus, mira, quam cōspicis, urbis  
 Est genitor cœlum, mater & uanda maris.  
 Et Venus his geminis est dicta parentis, orta  
 Vrbs ergo est Veneris, subdit Hygea, soror.  
 Nā Veneris nomen Veneti, bene consonat urbi,  
 Sic vtriusque satz quadrat origo mari.  
 Vtraque regna diu tenuit pulcherrima Cypri,  
 Hanc igitur Venerem quis neget esse nouam  
 Hac est Roma prior, sed non felicior ausis,  
 Dura quaser Trois fata parentis habet.  
 Senior urbs Venera est, sed fortunatior, inquit  
 Diua Salus nulla est hac violata mama.  
 Hec annos Virgo iam suffra mille ducentos,  
 Bisque decem pelagi libera sceptr'a tenet.  
 Attila dum Venetas Hunus inuaderet oras,  
 Menibus inflaret cinq'que Aquileia tuis.  
 Romulide, Veneti quos multa colonia terris  
 Progenit, sibimes consiluere fuga.  
 Romuleis plena fuerant qua ciuibus urbes,  
 Aequoris Adriaci tunc petiere sinus.  
 Huc venere Italas Erulis predantis oras  
 Romana a insignis nobilitate viri.  
 Qui potius voluere Mari se credere tuto,  
 Libera barbarico quam dare colla uigo.  
 Huc Romana siuos cedens Respubica fasces,  
 Transmisit cines, patriusque siuos,

Menia

---

a Petrus Iustin.lib. 1.Bern.Iust.M.Auton.  
 Sabellicus,Iul.Faroldus,&c alij annal.

Menia qui primum Rino struxere sub Altio,  
 Atque tibi templum Diuo Iacobe sacrum.  
 Restaurauit ab hinc paucis q̄ Lōgus l ab annis  
 Ædis ad exemplum, quo vetus ante fuit.  
 Vrbs ergo Latüs fundata Quiritibus vndis,  
 In medijs superi stat noua Roma sali,  
 Cōfūlibus primum, mox paruit aucta tribunis,  
 Inde decem, veluti Roma vetusta, viris,  
 Denum Principibus, patrī Dūcibusq; Senatus,  
 In bello nomen quod mernere sibi.  
 Dardanio heroas, Remane & sanguine claros,  
 Auctores urbis hoste suffe ferunt,  
 Marcellos, in Lōgos, Balbos, fortisque Quirinos,  
 Cornelios, Memmos, Æmiliosque patres,  
 Mox Latias iterū quateret cū Vādaluſ arces,  
 Ac Longobardī, gens Aquilone sara.

Adria-

1. M. Antonius Longus Senator Venetus  
 Ædilis. Ædem D. Iacobi ab incunabulis  
 Venetiæ Vrbis fundatam iam vetustate  
 collabente à fundamenris restaurandā  
 curauit secundū priorē formā ann. 1601.  
 m. Familiae Venetæ a Roman. oriūda aliae  
 vetusta cognomina feruante vt Marcelli  
 ex gente Claudia, Longi ex Sempronia  
 Atilia, Sulpicia Cassia, &c. Balbi ex Ati  
 Ha, Calbi, & Quirini ex Sulpicia Dohati  
 ex Ælia gente, Celsi ex Maria, & Corne  
 lia, ex qua Æmilianis per adoptionē. Pi  
 fones vulgo Pifani ex gente Calfurnia  
 Magni ex Pōpeia, Cottē a Rheno, vulgo  
 Contareni ex gente Aurelia, Cōstatini,  
 ac Nigri ex gente Cassia, Brutii ex Iunia.

Adriace tutum petierunt urbis asylum  
 Heroes clari sanguine Romuleo,  
 Donati, Celsi, Calbi, Valerique nepotes,  
 Nec non progenies Æmiliiane trua.  
 Nomine quoque suo præclara Veturia dixit;  
 Iras que vicit, Coriolane tuas.  
 Quæsq; dedit nomen regnator Amilius Alba.  
 Hi gentis retinent nomina n̄ p̄fca sue.  
 Pisones Zenasq; domus Calphurnia, Magnos  
 Pompeia buc misit Lollia gensque suos.  
 Anicia ab⁹ misit Michaelis, Romula tellus  
 Quos à Frangendo pane vocare solet.  
 Huc Cotte a Rheno, Constantiniq; Nigri que  
 Venere, & Metij, Bafili⁹ que simul.  
 Dolanos, queis Bola vetus cognomina fecit,  
 Minutios, Brutos Roma superba tulit.  
 Rufus in Adriaco libertas equore nata,  
 Secula perpetuo per duodecim viget.  
 Nō Getica hā rabies potuit, nō Vādaluſ atrox  
 Barbaros Humorū nec superare furor.  
 Hec Longobardoſ spreuit stetit omnia contra  
 Agmina Gracorum, Thrasis & arma ducts.  
 Præsidium fidei motus hac prima rebelles  
 Excipit, hostiles nec timet una minas.  
 Pontifici Sedem Romano reddidit armis,  
 Victoria Imperium Cœſaribusque dedit,  
 Testis

- n Alię vero familie, ac gētes Venet. nomi  
 na gētilia retinent ut Cornel. Mēmij,  
 Valerij, Veturij, Amulij, Lollij, eu Lolli  
 ni, Metij, Bafili⁹, & alij, vt ex Romanis,  
 Venetiq; Historijs, publicis, ac priuatis  
 familiarum monumentis constat.

Tessis Alexander , Venetum fugitiuus in urbē  
 Qui venit, solio redditus unde suo est.  
 Tessis Alexiades Byzanii redditus olim  
 Imperio, patruus quod puer abstulerat.  
 Yrbs, Pandora recens nulli indotata Deorum  
 Muneribus cunctis affluit, neque bonis.  
 Dotibus hanc omnes dini cumulasse videntur,  
 Certatimque ipsi dona dedisse sua.  
 Tanta nec Eurialum sociauit copula Niſo,  
 Quam tibi cum valido fedore iunxit Amor,  
 Nec tam nomen idem iunxit, quā numen amicū  
 Nempe pares animos mutuus viris amor,  
 Nuper ei immisit seu contagia morbi  
 Inuidia que nulli parcere Dira solet  
 Iamque foreste viue spoliatus lumen Laurens.  
 Dir

Dura artes medicas exsuperante lue ,  
 Publica nō summum flexissent vota Tonantem ,  
 Atque Dei matrem , quam pius ille colit .  
 Huius ego iussu veni calestibus oris ,  
 Vt sim reueluti nomine , utriusque Salus .  
 Redat Deo grates igitur , magna que parenti  
 Numinis , & votum carmine solae tuum .  
 Nec cessa Diuē cumulare altaria donis  
 Virginis , atthene cuius amore flagras .  
 Non minus ac febris nimio succenderis estu ,  
 Sed perit hic , maneat Virginis alius amor .  
 Sic aut , & sparso recreat me rore per artus  
 Ambrosia simili , sed penetrante citem ,  
 Atque putrescentem venis , & sanguine blem  
 Sudore excito pellit , agitque luem .  
 Tum velut ignis aqua , febris vis ignea rore  
 Extincta est , placido frigore & astus abit .  
 Sic Sol estiu si quando calore perurit .  
 Avenies glebas , igneus ardor , humum ,  
 Iuppiter è cælo placido si depluat imbre ,  
 Miteficit , nimius deserit arua calor ,  
 Protinus incolumis reparata surgo salute ,  
 Et grates animo , ac ore rependo Dea ,  
 Cuius ope sanatus humo vestigia fugo .  
 Scenio me vires & reparasse nouas .  
 His actis me Diuē Salus , & Hygaz vidente  
 Antribus & dulces percipienti sonos  
 Dulcia miscebant inter se verba loquentes  
 De Venetis rebus , Virginis ade noua .  
 Qua Diuē Triadis Templo vicina vetus est  
 Surgit ab occasu , meridiemque fugit .  
 Hanc propius spectare iuuas , formamque , strūq;  
 Et inservare oculis marmorū sculpa libet .

Ex

Ex nostris eges spoliatur namque fenestris ,  
 Illius hinc Diuē culmina summa petunt .  
 Vnde vident molius Templū , toramque tuentur  
 Urbem , que Venetis stricta superstat aquis .  
 Mirantur medijs natam de fluctibus urbem .  
 Surgat vt ē medijs altera Delos aquis ,  
 Rursus Hygaz loci possum , terramque natantē  
 Fluctus quoque super testa natare salo .  
 Namque subinde maris reslvo mutatur ab estu  
 Vda superficies , quam facit vnda , loci &  
 Urbes cum reliqua stabili tellure locentur .  
 Miro , ait , medio quid natet ista mari .  
 Quam nulli cingunt muri Lacedamonis instar ,  
 Neptunus muro sed meliore tegit .  
 Nullus suspensō portas signavit aratro ,  
 Sed toridem portas , quot vada laita , patent .  
 Huc vada caca vetans hostes appellere classe .  
 Non eques buc cursu , non valens ire pedes .  
 Hac noua iure poterit Neptunia Troia vocari .  
 Mania fluctus cui dedit unda maris .  
 Nullus Erichthonius licet hic , nō usus equorum .  
 Nulla Peletronius frena bimembbris agat .  
 Non hic arte regit celeres auriga quadrigas .  
 Plurimus hic Typhis , innumerique rages .  
 Artifici passim volitant hic remige currus .  
 Hic aurata leui flamine cymba volat .  
 Impellit lembum spirante valentius Ausstro .  
 Proxima qui pulsat mania nauta pede .  
 Ut video in lembibus Venetum stet cura phasellis .  
 Thesides ista tatu in urbe foret ,  
 Nec lapsu sternacis equi periret Agenor ,  
 Non noctis et ibi Glauce quadriga tibi .  
 Coccilibus Babylon muris , horisque superba

Pen-

Pensibus priscum condat in orbe casus .  
 Pulerior Vrbs Venetum liquidis murisq; , vijsq;  
 Pensibus Adriacis pender ut hortus aquis .  
 Pender & in dubio mea nunc sententia , quinam  
 Hec vere primum mania considerint .  
 Hac posuisse viros dixisti nuper ab oris  
 Italia profugos & quor in Adriacum ;  
 Cum furor Italicas Hunnorum perderet urbes ,  
 Ast alij referunt hac posuisse Deos ,  
 Ne dubites , aut alma Salus , quin vera relata  
 A me Vrbis Veneti sit modo origo tibi .  
 Conciliatur enim facili sententia duplex  
 Responso , concors & raraque & una manet ,  
 Si medijs posuisse viris hec mania diuos  
 Dixeris , haec homines , & posuere Dei .  
 Perdita iam dudum Neptunia pergama flaminis  
 Quarebant ipsi , qui posuere , Dei ?  
 Pancaque Troiane cernentes signa ruine ,  
 Virgulta , & denos cuncta tenere rubos ;  
 Iure querebantur passim sua mania terris  
 Diruta , torque urbes iam cecidisse solo .  
 Hinc ira accensis granibus misisque querelis  
 Talia presenti dicta dede Ioni .  
 Heu nimis incostans hominum mēs , nosraq; diuidit  
 Omnis ad vanas obsequiosa preces .  
 Quenam causa fuit calefēs velle labores  
 In mox casura ponere materia ?  
 An quia vel Graui lapides non conficit ignis ,  
 Vel possunt nostra flectere fata manus .  
 Hocne decus superis adseribet Fama , labores  
 Cœlestes hominum tot perisse manu .  
 Divina fabricata manu tot mania quondam  
 Ampune humanis succubuisse dolis .

Con-

M V R L I B . V L O 2 425  
 Consumpta Argolica ceciderūt Pergama fraude ,  
 Ipsaque Troianis Pallas iniqua fuit .  
 Palladis hinc soluit que quas inuenierat artes  
 Vrbs laidi terris , & dominata mari .  
 Gestis & horribiles pugnas vietricibus armis ,  
 Corruvit , & Seyehico pressa furore iacer .  
 Phœbus , & Amphion faber urbis veterq; canorus  
 Mania struxerunt carmine vasta lyre ,  
 Qua quamuis multos regnarent clara per annos ,  
 Pellere fatales non potuere manus .  
 Qua portis etenim censum Thebana patebant  
 Mania ubi fuerint vix modo scire datur ,  
 Sic Agamemnonias tempus laceravit Amyclis ,  
 Vrbs Spartana suis legibus orba perit .  
 Gnoſſia qua tellus centum fuit inclita quondam  
 Vrbibus , en constat vix modo Creta tribus .  
 Nunc vbi Iuno tue Libyca Carthaginis arcus  
 Sunt , cuius viatrix Martia Roma fuit ?  
 Disiecta moles faxis , auilisque fixa ,  
 Quanta fuit quondam Roma vetustia docent ,  
 Quam pater exiguam fundauit Romulus urbe ,  
 Thusca ubi septenis obſtrepit vnda vadis .  
 Dardania quem gente satus Rex Tullius auxit ,  
 Menibus , & fossi , aggeribusque nouis .  
 Mox furor irrumpens Romanam Celticus urbe  
 Salpicio Longo Consulo cuncta ruit .  
 Vandalicus deim cuncta furor , Goticusq; ruinis  
 Inuoluit , fieri impiter ista sinis !  
 Viribus eueri humanis monumenta Deorum  
 Fers? qua sic languens Egida dezcra quatit ?  
 Nec veluti quondam moliris ab aethere fulmen ,  
 E folio extrudi sic patiere tuo ?  
 Ecce iterum montes imponunt montibus altos

Ter-

Terrigenz superis & nona bella movent.  
 Mox etiam domitis rescident aethere terris  
 Mox diuimus ab his praripieut bonos .  
 Cessabunque sacri Diuorum altariibus ignes ,  
 Nulla sacris aderunt thura Sabaea facis .  
 Aspice que gelido nunc gens bacchatur ab Arcto  
 Italicas urbes , oppida templa ruit ,  
 En Aquileia ruit , magniq; Anthenoris arces ,  
 Alcimum , Brenni menia , Ateste cadunt .  
 Cura tui moueat te , spretiq; miraria sceptri  
 Saltem , si nostri gratia nulla mouet .  
 Res tua nunc agitur , nobis dum credita flagrant  
 Oppida , nulla solo menia tutam manent ,  
 Da pater Iliacas alibi sarcire ruinas ,  
 Da mansuram urbem , Pergama conde noua .  
 Quia tamen Argolicis non sint obnoxia flammis ,  
 Si libet in medio menia conde mari .  
 Annuit errantum Princeps cui cura Deorum ,  
 Cui subiecta manent astra minoria poli ,  
 Talia sedato diuis & corde profatur .  
 Non me nunc primum cura remordet ea ,  
 O soci , mecum regitis qui sydera cepi ,  
 Corpora quaque manent subdita syderibus .  
 Tempus adest , quo parnitent mea regna gigantes  
 Afflasci nosos , nempe Aquilone satos  
 Attula quique Dei se dictarunt esse flagellum  
 Sentior eterni vera flagella Dei .  
 Euertere solo qui menia vestra tyranni  
 Damnati Stygios iam subiere lacus .  
 Coniurata celibors nigri sub Taurara Ditis .  
 Sentior , immensi quid quies ira Iouis .  
 Consilij prauisa adorunt mox tempora nostri ,  
 Successu faciet resque secunda fidem ,

In

In medijs pelagi statuamus flutibus urbem .  
 Adria qua refluis littora tundit aquis .  
 Quo pius Anthenor medijs elapsus Achius  
 Illyrico potuit Dux penetrare finu .  
 Atq; nouam Troiā , Patavii mox condere muros .  
 Medoacus claro quos lauat amne fluens ,  
 Urbibus eversis ex omnibus una struatur .  
 Romulida , ac Veneti quas coluere patres .  
 Ilion unda nouum pro manibus ambiat , e quor  
 Muniat , hostiles areat inde minas .  
 Hoc neque vis belli , nec Doricus obruit ignis ,  
 Nec vinci possit fraude , vel insidijs .  
 Nec metuat crines mutantis regna Comet ;  
 Missa nee aethera tela trifolia manu ;  
 Huc non effossis penetrare cuniculus antris  
 Eualens , Riuus huic locus altus erit .  
 Dardanio huc geniti venient ex sanguine ciues  
 Romulei , Italicas qui coluere plegas .  
 In Venetos Vulcane equos , & iuris amantes ,  
 Adriacumque urbem nil tibi iuris erit .  
 Nec prius in Venetam tibi dira potentia gentem .  
 Quam tuus Adriacas hanterit ignis aquas .  
 Coningis urbs germana tua dicetur in undis .  
 Nata , Venus Veneti nomen & ipsa dabit .  
 Hanc Creta Regno dorabo , & fulmine nostro ,  
 Hec primum iaciet fulmen ab are cano  
 Tu faber hui⁹ eris , dabis huic p̄tq; mnib⁄s e quor  
 Neptune , & mores docta Minerva tuos ,  
 Ariibus ingenuis veteres renouabis Athenas  
 Larga manus coniux huic tua funderet opes .  
 Mars inuicta dabis generosa pectora pubis  
 Mercurius merces , eloquimque dabit .  
 Huic Di⁹ , testentur possum quæ calitus urbem ,  
 Dona-

Quid

Donabunt omnes munera quisque sua .  
 Adiicientque noua his semper venientia donis  
 Secla , sed hanc urbem condere tempus adest .  
 Phœbe graues Troia veteris miserae labores  
 Fata nouæ Troia mox meliora cane .  
 Iuppiter his dictis frontem splendore sereno  
 Irradiat , lenum cum polus ecce tonat .  
 Nec mora Dij linquunt Euris spirantibus Idæ ,  
 Transmittuntque Helles nobile morte fretum ,  
 Mox supra Illyricos veeti , supraque Liburnos  
 Adriaci penetrant equora tuta sinus .  
 Plurima qua Veneto circundatur Insula ponto ,  
 Eisque paludosis undique cincta vadis .  
 Hic also placuit noua condere menia Riu .  
 A quo maior adhuc insula nomen habet .  
 Huc Aquileia tuos , Anthonoris urbisque colonos ,  
 Aliumque vocant huc , Aieste tuos .  
 Huc Verona potens , Vicetia , Brixia ciues ,  
 Monsflicis mittunt Adria , Roma suos .  
 Plerimaque è Venetis Romana Colonia terris  
 Exitium metuens aquora tuta petit ,  
 Hic noua Dardania conduntur menia gentis  
 Surgit in Adriacis altera Troia vadis .  
 Tum Phœbus qua faxa monet , qua flumina sistit  
 Tentauit plœdro prospereo hymn .  
 Urbs humilis Venetum quo crescentis omne posset  
 Surgere septenis amula verticibus .  
 Vtque Amphionio creuerunt carmine Theba ,  
 Urbs hac carminibus crevit Apollo tuis .  
 Exerecere domus , caelo contermina tecta ,  
 Culminaque , attollunt templa superba polo ,  
 In Venetam quaecunque fuit Res publica quondam  
 Collesta est , priscis omnibus ista p[ro]p[ri]et[er] .

Syde-

Syderibus quantum reliquis Sol lumine prestat .  
 Præcellit quantum fluminibusque mare .  
 Ut postea florere suo maris arbitr[us] urbem  
 In regno & vidis ponere iura salo .  
 Aspiciens toto nil pulcrius esse subaxe  
 Latitum ingentem vix capit ipse suam .  
 Actiri Tritona iubet qui protinus adnans  
 Accurrit Tubicen , iufa facitque patris ,  
 Per maris hic valles imas , camposque liquentes  
 Discurrens littus personat omne tuba .  
 Æquoreos vocat ille Deos , Nymphasq[ue] marinas .  
 Et pelago pisces , fluminibusque fatis .  
 Ad Venetas fluuiosque iubet properare lacunas ,  
 Ad nona fluctuonē menia structa mari ,  
 Neptuni iussum Phœci chorus audiit omnis .  
 Nympharumque sali Doris amatā parent[er] .  
 Grandissi Nerei coniux , Panopæaq[ue] Drymo ,  
 Et Chymene , Xantho , Cymadoceque soror .  
 Et viridi Melite , flauoque Thalia capillo ,  
 Adriades nymphæ , & numina cuncta maris .  
 Omnes Adriacas repetunt Nereides undas ,  
 Tritonisque vocat quo tuba , conuincit ,  
 Quale examen apum primi sub tempora veris .  
 Mellis amore flagrans florea iura petit ,  
 Et variis cursus iterat , celere quo recutus  
 Huc illuc longum peruolat agmen agros .  
 Indigetum pelagi ralis per marmora fertur  
 Turba , subit Venetos , Euganeosque sinus ,  
 Murus ab Ocean[us] venit hic exercitus alio ,  
 Omnibus ex fluuijs squamigeraumq[ue] pecus .  
 Et quo scumque imo Nereus sub gurgite pascit .  
 Et Glaucus pisces gramine pastus alit .  
 Maxima pars quorū superis permansit in undis .

Quic[ue]

Quis urbi placuit ferre tributa noua .  
 Illicet Adriaco ebro bros dat in aquore tortus ;  
 Et spiras sumidis explicat anguis aquis .  
 Tum quæ concipitur neq; mas, neq; femina ceno  
 Huc Anguilla carente prole, parente natat ,  
 Gobius hoc mollis properat contentus arena,  
 Hec Erythrinus cadit pascua fronte rubor .  
 Passer adest parvus neglecta piscis in alga .  
 Quia munire frequens pignora cara solet .  
 Rhomborum numerosa cohors natat ordine certo ,  
 Rhombois nomen unde figura tenet .  
 Hortensis Morena ibi dilector aquo ,  
 Aurora milloque ordine picta notis  
 Adnatat, & morsu lacerat crudeliter, oris  
 Oblongos rictus anseris instar habet .  
 Hec hostes cancros ferrato dente lacebat ,  
 Odit aquas dulces, flumina nulla placent .  
 Piscinis cuperet fluitare per alta relictis .  
 Gemmatum collo quoque monile gerens ,  
 Excusit Crasso largos iam mortua fletus .  
 Donatus tumuli piscis honore novo ,  
 Hunc Venetas sedes, si vita manaret, adiret .  
 Et secum socias duceret illa suas . ( tant,  
 Has & Asellus aquas celeres Thynnique frequen-  
 Syrius herbosos dum canis viri agros ,  
 Prælongi Gladius ferit aquor acumine rostri ,  
 Vndarum cumulos Serra natansque secat .  
 Longa acie mucronis Acus freta perforat alia ,  
 Diuisos fluuius cuspis acuta fuit ,  
 Ranaque pescatrix, & tacu Stella perirens  
 Nat, Rora cum raijs voluitur ipsa suis ,  
 Corniger hoc Aries, & pictis Mormylus alii ,  
 Et Lolligo volvit vox Coracinus adest ,

Huc

Huc Psorus, atque Faber, vili qui pascitur algas ,  
 Huc & Alanda volat, muta Sudisque natat .  
 Sapius & Canni Phagus seductus ab esca  
 Ex se concipiens ista parente caret .  
 Adnatat huc linquens siccam Exocetus arenam ,  
 Pennis tenui pennis huc & Hirundo volat .  
 Carninorumque Paio distinctus tergora signis ,  
 Piscis Iulans virus in ore gerit .  
 Huc Acipenser, Helops aduersas enatas undas ,  
 Qui mirum squammas vertis in ora suas .  
 Distinctusque Salar rubicundis tergora ne quis ,  
 Nec Benace tuus Carpio fulvis abest .  
 Aduolat aureola Sparulus cervico resplendens ,  
 Huc Lyra dans sonitus cornua fronte monet .  
 His Scarus accedit qui clausus carcere nassa  
 Viminea cauda progreidente fugit .  
 Nam tenuis crebro lucet rima verbere caudæ  
 Arctas dum laxet rima reclusa foret .  
 Manaque cum Leutris metuentes aquore mergi ,  
 Orbis it orbe suo, nocte Lucerna micat .  
 Hospitium mutant Sardæ, pontoque vagantur ,  
 Coccygesque, Hyppi quis & arena placet .  
 Cum ramis Arbor, & cum Squilla hospite Pinna ,  
 Quaque oculos fallit, dum natat Vmbra celer ,  
 Altuolam Milium comitatus degener Harpam ,  
 Insignisque notis, saxaque Sargus amans .  
 Hirafetus non iam scopulis se affigie Echinus ,  
 Nec mestens sumidis terga saburrat aquis ,  
 Barbatus Venetum mulius festinat ad aquor ,  
 Quem roseo splendens corpore squammas tegit .  
 Huc quæ nidiificat limosis Salpa sub undis ,  
 Astacus & Venetum captus amore venit .  
 Inter sara cibum querens sibi Turdus, obesis

Vijce-

Visceribusq; bonus, cetera vilis, adeſt.  
 Huc duris curvus infringens dentibus hamoſ.  
 Hospeſ Meandri venie ab amne Glanis.  
 Et nunquam attingens hamum, ſed rete Silurus.  
 Adriacis gaudeſt nans Melanurus aquis,  
 Lauſibus inſignis cauda quem Perca volentem  
 Subſequitur, cuins ſepia ſepo comes  
 Ita ſuum raro fundit Torpedo veterum.  
 Quo piceatoris membra ligare ſoleſ.  
 Adiunt qua laqueos irrumptum dente Belona;  
 Quaque enaruerunt, iſpa pericula petunt.  
 It tardo groſſuſ ſegniſ Teſtudo per uandas.  
 Mire virtutis quas Echeneis adiit  
 Hac medio puppes ponto remoratur eunteſ.  
 Piceiculus corpus ſemipedale tenens.  
 Emicat antra petens glaciali tempore Pagrus  
 Et Dentex carnos helluo dente terens.  
 Anthias it dente carens, nec noxiuſ illiſ.  
 Scropio, quaque colit, deſerit antra libens:  
 Quiq; comes fauſtuſ que augur ſe nauibus addit,  
 Vnde trahit nomen, Nauibus huco venit  
 Fluctibus ei poſt prono ſubit aquora lapſu.  
 Mox auras repeſens, quod bibit ante, vomit.  
 Ingenitamque ſibi natura munere cymbam  
 Inſtruit ad cuiuſum bracchia prima mouens.  
 Bracchialiſq; alijs ſubremigat equora fulcans  
 Se rate, ſe velo, & remige tuuſ abit.  
 Membranam tenuē, qua vēto impulſa tumeficit,  
 Explicat hic, veluti carbasa, flante Noto.  
 Ceu clauo cauda moderans, fleſtenq; carinam  
 More Libumarum per mare currit iter.  
 Hoc ego crediderim Mynas didicisse magiſtro  
 Vela dare, & prima ſindere nauem freuum.  
 Atque

Atque gubernacio uitare pericula ponit.

Hic primus Typhus, & prior Argo fuit;  
 Opponens tenui teſtaceam carbasa vento  
 Velificat Veneris Concha ſupina mari.  
 Exſlit, & ſe etiam peſtunculus iſpe carinat  
 Et placidum ſuleat, cymbula viva, ſalum.  
 Queque ſuos numerante inſculptis orbibus annos  
 Tortilbus gyrie Ruccina lecta natant,  
 Bis ſeptemgeminis ſpirans perque aquora brachis  
 Huc myſtella patras lambere dicta volat.  
 Exigua huic Aphyæ magno nane agmine, ab auro  
 Quique farunt piceos nomen, coque micant.  
 Huc charas Merulus ſponſas ſeſtatur eunteſ.  
 Queque autum nidos eſt imitata Chromis.  
 Cereus Alpheſtes, varioque Anubetia colore  
 Picla venit, Glaucum multa litura notat:  
 Cū magnis pugnans uenit huic Aulopia Thynnis  
 Qua piceatoris retia frangit ouane,  
 Huc Lupus, & Mugil velut ito adere iuncte  
 Nant, non iſte paue, non timet ille dolos,  
 Jam didicit Conchis ignoscere polypus exos.  
 Non color hunc voriat, ſed dolus omnis abſeſt.  
 Jam non contrabitur frondeſa Vertica, colorem  
 Pruriſtu iniecto, qui ſe piceantur in alto,  
 Non trucib; picei, piceib; eſca manent.  
 Ostrea non lanceo cancro vaſtra tendit apertas,  
 Ve caput vivo cori cre claudat eum.  
 Non iam cancer atrox hoſtem predatur hiantē,  
 Nec verat immiſſus claudere tota lapis.  
 Atra nec Adriacis inuſcas ſebo lymphas,  
 Ut ſe piceantur reuibus eripiat.  
 Abſcondens ſe ſe profuſi fronte cruxoriss.

Depositis adijs omnia iunxit Amor .  
 Non Trygon radij pescantes pungit acuto ,  
 Non capros hamos hic Scolopendra vomit .  
 Non pugnax stimulis pungit Centina cruentis ,  
 Non Galens catulos visceri condit amans .  
 Qui pando quondam gestarat Ariona dorso ,  
 Cum socijs Delphin tergore gibbus adest .  
 Læca quoque aduenium immanti corpore Cete ,  
 Maxima que pandunt frontibus ora suis  
 Hirataque deformes exortant brachia Phoca ,  
 Et coriūm , satas , ora geruntq; bouis  
 Balena dux monstrosa iter , cui prævius errat  
 Musculus ; illa ingens tatus aquor arrat .  
 Nec vasta in rigidas impingit bellua cantes .  
 Quæ claudunt oculos , cæca supercilij .  
 Sic inter fluctus nauia rectore latentes  
 Declinat scopulos vasta carina sali .  
 Qui immans expirans , & corpus more columnæ  
 Attollens mergit vela Phrysei aquis .  
 Non renomis fluctus , quos ebibit ore , marinos ,  
 Amplius ab Venetas mitior intrat aquas .  
 Hic licet infesta Cetis enoribus Orca  
 Vnanimis iras iam posuere suas .  
 Sunt & qui rariis contendunt vincere donis ,  
 Regna superi munera dantque maris .  
 Huc secum duxere suum Conchilia florem ,  
 Punicea viola quo superatur bonos .  
 Idaliaque rosa similem fers purpura succum  
 Quem vena inclusum fauicibus alba tenet .  
 Effusa simus dulcem cum sanguine vitam .  
 Adriacos decorer quo toga rincta patres .  
 Concha etiam cali conceptas rore sereni  
 Huc gemmas , nimbibus munera danda ferunt .  
 Hic

Fuc Cochleas Cytherea , suas hinc inde reflexas  
 Introrsum dorso vermiculare vocas .  
 Murena auratas fert Drusii uxoris inaures ,  
 Aurum Aurora referit nomine reque suum .  
 Ne Venetus etiam desint obsonia mensis ,  
 Quisque offert urbi se , & sua dona nona .  
 Huc etiam fluxere Amnes quicunque profundæ  
 Suerunt Regi ferre tributa maris .  
 Medoacus Phrygij lambēs Anthenoris urbem .  
 Atque Athos Bremi mani a clara secans .  
 Eridanusque pater flumijs comitatus amicis ,  
 Ortus ubi Vesulus tollit ad astra ingum .  
 Itj nouem capitum Soboles secundâ Timavus .  
 Nec procul Adriaca Plavis ab orbe fluens .  
 Cuius in Euganeas per terga farentis arenas  
 Montibus ex altis ligna , trabeisque ruunt .  
 Populeis larices truncis , & querubus alne  
 Occursant , strepitu littora pulsa fremunt .  
 Ut videare maris certamina cernere , classes  
 Collidi instrutæ , densaque vela super .  
 Eridani quicunque suis vada fluctibus augent  
 Accurrunt flumijs , Mincius itque prior .  
 Parmaque distingens muros cognominis urbis .  
 Pulcher adebat Ticinus , Abdua dimes aquis  
 Piscofus Lambris , nitidissimus Olliis undis .  
 Mellaque Canomani qui rigat arua soli .  
 Serius ornatus pretioso vellere Serum ,  
 Et Trebia , & Tarrus cladis vierque memor .  
 Rangonij Scultenma vadas , clarusque Gabellus  
 Affluit & Rhenus Felsina docta suis ,  
 Obruit hic magnæ paruo licet amne Padusus ,  
 Annitis accedit , Crufsum inusque rapax ,  
 Illyricos gaudetque sinus penetrare Metaurus

Innumerique amnes , quos reticere iuvat .  
 Confluxere omnes , qua Riuum surgit ad altum  
 Vrbs noua fluctuono ceu Venus orta Salo .  
 Hic ubi Neptunus tumido caput aquoris astie .  
 Extollit , sceptrum dextram tridentis habet .  
 Cœruleumq; patrem circumstant undiq; nymphæ  
 Tritonumque Cohors , Nereidumque Chori .  
 Humida fluctuangi collidunt agmina Phorci .  
 Delphinum verris carula cauda salum .  
 Rex palagi medius , partesque intentus in omnes  
 Dirigit huc illuc lumina , cuncta videat .  
 Totque mari populos ubi cernit adesse natantes  
 O dilecta mibi gens , ait , Vndicola .  
 Huc vos acciui , Venetam videatis & urbem .  
 Fundatam palago quam mea regna tenent ,  
 Manibus haud circu , sed fluctib. undiq; cincta .  
 Instabilis stabilis que sedet una solo .  
 Et reliquas inter tantum caput effert urbes .  
 Quantum Sol inter Sydera clara nitet .  
 Conferat huc toro qui catena meus mundo .  
 Dicit ibi Reges , hic habitare Deos .  
 Huic neque Tarpeias præponat Iuppiter arces .  
 Namque homines illas , hanc posuere Dei .  
 Idque docent vñp; surgentes marmore moles .  
 Atque triumphales , regia tecta , domus .  
 Et , quoniā nōst̄ se credidit adueno regno .  
 Gens in subdio spem posuitque meo .  
 Faxo ego , na in nob̄to frustra sperasse putetur  
 Numine præsidium , tutor & urbis ero ,  
 Vos quoq; vobis nostri gens hospes & incola regni ,  
 Huic Vrbis toto corde fauete , precor ,  
 Hanc vestris omnes donis cumulate frequenter ,  
 Annua Regina fert tributa maris ;

Hunc

Hanc alacras toti mirandam ostendite celo ,  
 Muneribusque magis redditus conspicuum .  
 Dixit & erecto tranquilla per quora scopro .  
 Lustrat eam ; Veneti fausta precatur aquis .  
 Hac eadem reliquis placet indulgentia Divis .  
 Officio huic certat quisque fauere suo ,  
 Et libet hanc unam multis ē millibus Urbem  
 Incolere & donis condecorare suis .  
 Hæc maris indigenæ cuncti lōgæ agmine lustrat ;  
 Miranturque arces fluctibus impositas .  
 Quis lati magni plausi , ac clamore saluant .  
 Ingeminant plausus littora , recta sonos .  
 Perpetuum solira imperium promittere terris  
 Fausta reucebat sedibus astra bonis .  
 Fundauere noham Venetiis cum fluctibus urbem  
 Celicola , placidi tempora veris erant .  
 Solem Arios reducere reuebebat cornibus aureis .  
 Lucis & umbrarum par quoq; tempus erat .  
 Aduersa officium pendebat libra , dies .  
 Que cqualē noctem reddere lance solet ,  
 Artete ferretur Veneris cum sydus eodem ,  
 Pisces in undecimo suppiter ipse gradus ,  
 Ibur in octavo Cyllenius , astra favebant  
 Ibur nascenti lumine cuncta sua ,  
 Talis erat mundi primum nascentis origo ,  
 Par coli facies , syderesque fator .  
 Hinc velui equalis suis orbis & orbis origo .  
 Sie par conditio par quoquo sinis erit .  
 Talia Dina Salus comiti narrabat Hygea .  
 Que non contenta his multa requirit adhuc .  
 Vrbi cur , ait , pelago tam soro nata , perenne  
 Imperium superi quæ tenet una maris ?  
 Dein mores Veneti cupio cognouere gentis

T 3

Hec

Hec Dea; responsum cui dat amica Salus;  
 Ne tante mirere urbis cunabula sera,  
 Et cur tam sero nata sit ista Salo.  
 Tempore formatur siquidē magna omnia lōgo,  
 Tempora gignuntur parua caduntque brevi.  
 Secula quoq̄ filium nascens expoſtulat aurum,  
 Et quanto plumbum sit breuiore rota.  
 Secula vix unum Phoenicem multa reponunt,  
 Vna Hypanis gignit bruta, necatque dies.  
 Amphitryo Iphiclium prima sibi nocte creauit,  
 Noſtibus Alciden Iuppiter ipſe tribus.  
 Vno muſca die, paucisque enascerit horis.  
 Ast annos uterum fers elephante decem,  
 Quatuor annorum peperit post millia pontus  
 Urbem, que polago ius sine fine daret.  
 Quatuor à Christo nato tunc secula fluebant,  
 Primus Iuſtra ſuper quatuor annus erat.  
 Cum fundata Salo fuit hęc, mox auſta ruinis  
 Urbs Anthenoreis, atque Aquileia tuis.  
 Huic maiora dies tulit incrementa, feretq;  
 Quod reliquias urbes conterit, auget eam.  
 Edibus inde nohis, templisq; recentibus aucta  
 Urbs crevit Venetiis, altera Roma, vadis.  
 Que tamen antiquę non cedit libera Romę,  
 Sed libertatis preſtat honore ſue.  
 Floruit hęc annis nam ſupra mille ducentis,  
 Ast vix quingentis libera Roma fuit.  
 Scilicet hęc ſalfis non tantum cingitur vndis,  
 Stat quantum ſalfis predita consilijs.  
 Clara fuis olim florebat Roma trophyis,  
 Nobilisq; claris adibus illa fuit.  
 Omnia ſed longi detinuit temporis auum,  
 Inuadens Latium Barbaricuſque furor.

Vix

Vix conſumpta manet ſcoli monumenta prioris,  
 Templū, vel ē Patrijs ſtructa rheatra iugis.  
 Vixque triuimiales referunt ſua ſigna columnas,  
 Sunt Capitolini diruta templo Iohis.  
 Scilicet antiquas delevant tempora moles,  
 Fermeque cum circis obruta Roma iacet,  
 Turrigeras moles, cœloque, Iouique minantes;  
 Iamque rhinofas contegit herba domos.  
 Vafa gigantai teſtantur corporis oſſa,  
 Quam ſuerit magno pectore Roma exgrys.  
 Ut niſi reliquie veteris nunc ſigna ſuperrint,  
 Vrbis, credatur fabula Roma vetus.  
 Sed bene res cefſit, melior nam Roma reſurgit,  
 Adriis qua refino gurgite voluit aquas,  
 Huit liquidos poſuit Neptunus in equire muros,  
 Que non Vulcani flamma vorare poterit.  
 Temporis annos non inuidiosā vetuſtas,  
 Que ſtimmas urbes duxit ad exitium.  
 Barbarus hac hostis non vi, non fraude potiri  
 Urbe potest, virgo hac inhiolata viget,  
 Adriacis reliqua concedant laudibus urbes,  
 Italia quantum cetera regna ſolent.  
 Vellera cui molles Seres dant, Thura ſabēt,  
 Indus Ebur, Pharij marmora, monſtra Lybes  
 Credere ſi dignum genitos Hispania vento  
 Iactet equos, pareis ſit quoque leta cibis.  
 Torquatos numeret proceres & Gallia lauſis  
 Sit felix mensis, armonicisque modis.  
 Sic diues ferri Germania, ladiſ abundans  
 Argentiui illi copia, ſitque virum.  
 Singula que reliquis mundi regionibus infun  
 Cuncta Itali retinene, Adriaticuſque paires,  
 Hic mare Ledaſi synctros equitare carinis.

T 4 Bellan-

Bellandiique modos noscere signa docent.  
 Asolus infraneos ventos classisque gubernat,  
 Mars hinc piratas, barbaras vela fugit.  
 Huc coniuratis Bacchum, Cereremque phaselis,  
 Eridamusque Athes, Medoacusque vehunt.  
 Huic mare fert toto quicquid reperitur in orbe,  
 Huic luxa fontes Lydia pulca sua.  
 Huc Oriens Sol mittit opes, & Erythra lapillos,  
 Aulae & Babylon, Africa mittit ebur,  
 Diniusque Tagus, Gages, Patalus, & Hermus,  
 Edite hic merces, litora mittit Arabs.  
 Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabens.  
 Huc Phoenix palmas, mittit & Hybla faunos.  
 Arma Chalybs, oleum Calabri, Panchaea myrrha  
 Indus aroma, Lacon marmora Taygetus,  
 Egyptus mittit calamas, & ad monas,  
 Aeraque, que celebrat fama, Cor nubo tua.  
 Diues opum, secunda viris, preclara trophesis  
 Imperique potens Vrbs regis una mate.  
 Huc videbas populus gemino conturere ab axe,  
 Et quo cunquam cadens Sol, omnesque videt.  
 Hic homines cernas antiquo Turseone natos,  
 Et quos Arctois concipit Vrba plagis (Arvitis,  
 Quos Rhodanus, Tamesis, quos Tybris mittit,  
 Quos Tagus, & Tanais, Rhenus, & Ister alii.  
 Diffonit auditur sermo, dixeritque linguis;  
 Non minus ac mores sunt habitus variij.  
 Odecius eximium, visu mirabile cunctis.  
 Orbis in Adriaca maximus urbe manet.  
 Quaque forum tectis regalibus undique cinctum  
 A Diui Marci non procul ego paret,  
 Cyclicus omnigene sepe hic repetita corone  
 Verba facit, nummos arte, dolisque metit.

Sensi-

Sensibus illudit renouans spectacula, spondet  
 Caustica morbois omnibus apta dare,  
 Ostentatque manu priuatum dentibus anguem;  
 Succos, atque oleo vascula plena mero,  
 Hic diuinator, medicusque Roscius alto ex  
 Suggestu populo verba diserta facit.  
 In valido Veneti vegeta sunt corpore vires,  
 Nec nimis etherea mentis acumen inest.  
 Ostentare suas gaudent certamine vires  
 Nomina quis Castrum, Nicoleusque dedit,  
 Pontibus in curvis, qui sunt victoribus arcis,  
 Ex populo pugiles ludicra bella gerunt.  
 Nicoles corcant, Castellanique frequenter,  
 Aduersor hostes pellere ponte suis.  
 Quo simili ac pugnans pars est aduersa potita  
 Oppugnatur adhuc donec ad ima ruat.  
 Trudat studuntur manibus, pedibusq; subinde  
 Multi in subiectas precipitantur aquas.  
 Sic alibi pueri miscent fera pralia saxis,  
 Bella mouent fundis, toraque tela ruunt.  
 Hi certant pugnis rancis, non tela, nec enses,  
 Contractas solum est fas addibere manus.  
 Scinditur in partes, studia in contraria vulgus  
 Pars hac Nicoleis, boſibus illa sauet.  
 Hoste fatigato qua pontis in arce resistit  
 Pars virtrix palmas absquo crinore refert.  
 Sarmatici moderans, patrijs Henricus habens  
 Imperij bac Gallus uidit, & obstupuit.  
 Quando hospes Veneti regalia tecla Senatus  
 Inuicti fratris sceptris velicula petens,  
 Tunc & arundinibus, quas India mittit, in alto  
 Pugna tum Riu, Rego stupente, fuit.  
 O qua tunc fieri vidit specacula Gallus

T 5 Rex

Rex ratiū cursus , prauia grata mari .  
 Quid memorem natas opera ad fabriliā dextrās  
 Artificum & lima quis valeat arte magis ?  
 Excedunt illi spirantia mollius aera,  
 Hi viuos vultus marmore colitis ope .  
 Quales Cnepheolus , Phydias Carnerius alter .  
 At Sanfoninus , Mollis & arte dedit .  
 Ex limo his facies , exq; aura venit imago ,  
 Hi conflare sciunt , atque animare tubas ,  
 Hi voces spirare cauo didicere metallo .  
 Gutturis armonieis hi titubare modis ,  
 Addunt hi nervos ebori , numerosque loquaces  
 Organā conficiunt , nablia docta loqui .  
 His strepit arguta mollis sub pessime tela ,  
 Auleis texunt hi simulacra nouis .  
 His folles , fluctusque dati , flammæq; ministra ,  
 Vulcani incedens , malleus hinc labor .  
 Hi sphaeras fingunt , circumque rotantibus axes  
 Sydera cum Zonis , astra que fixa super .  
 Paruaque celestes concludit machina tractus .  
 Quas varias inuenit sydera , Solque vias .  
 Inniuxusque rotis radius tinnitibus horas  
 Indicat , arte situm peneque viuit opus .  
 Hique coquisi pilas , & fusi igne metallis ,  
 Hi conflant templis timpana abena sacris .  
 Dadalebs claves , & inexplicabilis illi  
 Componunt formæ , flammiuom asque rotas .  
 In quas vultus formas liquidiū trahit ille metallū  
 Hic fingit lima ferrea frusta terens .  
 Quis Venetos vincat fabros solerter arta  
 Lemniaca rigidum doctius esq; trahat .  
 Hi calcographici dant doctis & volumina formis ,  
 Datque frequas multos bibliopolas libros .

Omnia

Omnibus ad Musas patefecit Apollinis antra  
 Æneus hic typus , & jene parauit iter .  
 Tempore non opus est , nō multo pulchre , & auro ,  
 Quoscunq; expeditius nam citat prela libros .  
 Felix qui carebas vad signare metallo .  
 Quique prior nouit singere celeste notas .  
 Inisque atrium vitro , galla , sumoque coactio  
 Composuit , folijs midit & que loquaz .  
 Interpres diuum genuit de Pallade , paucis  
 Hunc Charitum nutrix ubere Nymphæ suo .  
 Multiber Ætnais illi sudata caminis  
 Munimenta pio sydere facta dedit .  
 Dadalus , aut alias quisquis vir repperit artes  
 Hac minus eniruis , profuit arte minus .  
 Huus ope , atq; opera nunc mille volumina , rara  
 Inueni quondam , quisque videre potest .  
 Nunc libros , alias veniales forte talento ,  
 Assibus exponit bibliopola tribus .  
 Atria qua solum coluere volumina regum ,  
 Intra humiles gaudent nunc habitare casas ;  
 Quos , quantumque libri vatum perire , sophumq;  
 Artis cum tantæ mundus egeret ope .  
 Multorumque licet viuat per secula nomen ,  
 Amissti libris fama relista minor .  
 Qualis Parmensis Cassi nunc gloria vatis ,  
 Iurisconsulti & nomen habentis idem ,  
 Serui Sulpici qualis vir fama superstes ,  
 Qui de iure libros edidit innumeros  
 Est , cuius Decades referentes gesta Quiritum  
 Interiere , Titus Lucius inde minor .  
 Inuenios nuper libros Gymnasia iactant  
 Artis ope hac typis a milieque scripta patent ;  
 Nicoleus Ianson Venetus hanc attulit arietem ,

T 6 Qua

Qua Mūsis tantum laudis, opisque dedit.  
 Vitro alij hic tōflāt specula & chryſtalina vasa  
 Dadala fulgent que fabricata manu  
 Vasa quibus redant vel Mentoris arte polita,  
 Zopyre que manus, atque Myronis opus,  
 Virtutem Veneti mundo exhibuere, vitriisque,  
 Corporis hoc ſpeculum, montis ut illa forat  
 Argento vitrum, Virtus eft pulchrior iſo,  
 Par vitrum terris, par erit illa polo.  
 Hic alij gaudent pelago committere pinus,  
 Hi texant naues, linea vela, rates.  
 Hi in calcē, aur cinere lapides fornace refoluunt;  
 Hi templū, excelsas adificantque domos,  
 Ingenio Venetis alia concedite gentes,  
 Quantum undis genij cedit honore ſolum,  
 Vincere ſi vultis iam figite in aere ſedes.  
 Quales hac cumidiſ gens ſibi ſtruxit aquis,  
 Ne tantum à mutis coleretur pifcibus aquor,  
 In medio voluit ponere recta mari,  
 Haleyonisque noui uidos ſtruſere perennes,  
 Äquore pacato ſtatque ſerena dies.  
 Cerne foro ſtantes geminas hinc inde columnas  
 Ex rubro eſtas marmore, mole graues,  
 Suffinet effigiem Theodori hac, illa Leonis,  
 Marce tuis gladium qui tenet, atque librum.  
 Aſtream reducem ſtellanti ſede reliqua  
 Nempe docent ſedes hic poſuſſe ſuas.  
 Hic ſomes ferro, laqueo multinunt, igne,  
 Impune hic Nemesis non ſinit eſſe ſcelus.  
 Libra dies, nodiſque ſecat qua lancib⁹ equis,  
 E exlo has fauſto ſydero ſpeciis aquas,  
 Inſinie cultrix hinc gens eſt iſea, nec ultra  
 Imperij ſines vult aliena ſui.

Hac

Hec diuine ſua nonit moderatius uti,  
 Candida tum populis ponere iura ſuis.  
 Hac pendere diu uenit ſub indice lites,  
 Neo noctat longas turba maligna moras,  
 Exultat hinc luxus, ciuilis buccina bellī,  
 Inque dies glifcens in ſua dannata furor.  
 Non nimis laute perdunt patrimonia mensa  
 Hic interdicta eſt pompa ſuperba nimis.  
 Nam moderata diu durant, aſt impete magno  
 Immoderata ruunt pondere queque ſuo.  
 Iam nimis luxus Romanam perdidit urbem;  
 Orbem que totum vicerat una prius.  
 Ferrea Romanus transigit ſecula in auro,  
 Regnabat luxus cum populari opum.  
 Non erat ille prius cui paſtoralia Sacra  
 Quarrendos decederat inter aratra, duces  
 Aſt heres Afia, Lybica & Carthaginis uitor,  
 Et cui uigil ſaſerapina dabat,  
 Orbis ei, non urbis opes conſumere turpe,  
 Perdere flagitium, querere peius erat.  
 Hinc Romana breui cecidit Reſpublica luxu  
 Corrupta, immoda mole ruſtique ſua.  
 Aſt aeterna manet Venetum Reſpublica, nulla  
 Dum maris unda fluet interiuſa die.  
 Aliger hanc Arcas, Ipreſis, & Pallas Athenis,  
 Artibus ornarunt, muneribusque ſuis.  
 Attalicis hac Iuno opibus Carythagine, & Argis  
 Delectis auxit, regia ſceptra dedit.  
 Ut Curij hic viuunt multi, ſors comoda quānitas,  
 Ditiā rura vacent, plena ſit ore domus.  
 Scipias, Fabios, Marcellos, atque Metellos,  
 Conſtanſes viudas Attiliſque fide.  
 Tulliada eloquio multi, hic granitate Catones,

L 35

Augusti & multa prosperitate vigent .  
 Fabriq̄ hic multi contemnunt munera Regum .  
 Plurimus hic Crassus , atque Camillus adest .  
 Palladis urbs viatos Persas Marathonis in armis  
     Desinat , & captas tot celebrare rates .  
 Inpumeras palmas tellure , marique paratas .  
     Gen: Veneta Illico sanguine nata refert .  
 Inclita Roma suos ad Cœlum collie alumnos .  
     Quod latè populus iuria superba darent .  
 Horum regnandi rabies , & suava cupidio  
     Vix potuit mundi limite rotta capi .  
 Ast melius Venetos cives Cœlestibus aquant .  
     Injustitia decus , & Religionis honos .  
 Et nunc i mores , ignarauque pectora frandūm .  
     Ac prisa fulgens simplicitate fides .  
 Hinc opibus , censuque potens Respublica Martis  
     Cernitur hand' ollis urbibus esse minor .  
 Libera gens vitam , libertatemque iuetur .  
     Indocilis famulo subdere colla iugo .  
 Pacis sōper amans quāuis gerat horrida bella .  
     Si sit opus : Pacem quarere Martis ope .  
 Nunc velut Italico cum belli incendia campis  
     Accendunt missa Martis ab axe faces .  
 Parvus & Eridano Rhenus concurrit , & Arno  
     Cede orientata Albula misera aqua .  
 Castrensi multatus agro Farnesius Heros  
     Dum reperit Castris regna Latina suis .  
 Vir prestans animis , nullisque paribus impar  
     Difficilem volvit martis imre viam .  
 Scilicet ad decoris scindentem culmen aucti  
     Nominis omes habet ARDV A ducit ODOS .  
 Affines secum ducitque in pralia Reges ,  
     Quos decorant Aquila , siligerique globi .

Mar-

Marcius inde Leo terrens rugib⁹ drbem  
     Pro socijs ducibus bella cruenta gerit .  
 Romulida occurrunt qua turbidus agmine usq; .  
     Eridanus rapidas in mare voluit aquas .  
 Adriacos obessa timet Terraria fasces .  
     Bordinum Parma Dux capit , atque tenes .  
 Et stellata Fide contermina castra , Quirinum  
     Aduersosque furens demetit ense globos .  
 Nēpe Leo est saurus , cum feruatis imonat armis .  
     Ut pater est mihi post graue Martis opus .  
 Huius nemo ferox impune lacefisse iclus ,  
     Nemo piam frustra voce poposcit opem .  
 Sed fera Tartareis excutis ab ignibus atras .  
     Nunc Megera faces , Tisiphoneque furens .  
 Vel Nemesis grauis ira , & inexerabile numen .  
     Cadibus horrendas postulabat inferias .  
 Sed tanti qua causa mali Discordia bello  
     Christicole inuoluit vos , & in arma trahit ?  
 Vos in damnā iuuat quid mutua vertere ferrū ,  
     Sanguine & humano contemnare manus .  
 Quicquid id est , vestras studijs concordibus iras  
     Popite , paxque animos inuolanda liget .  
 Vos si tantus amor bellandi accendit , in hostem  
     Vertite , qui Christo bello nefanda eiet .  
 Chius adoratum terris exscindere nomen  
     Nititur , haud metuens comminus ire Deo .  
 Conterite immānem iuncta virtute Tyrannum ,  
     Sub quo pressa ingo Gracia masta gemit .  
 Gracia Pieridum sedes , atque Orbis ecclias  
     Clara togis quondam , nec minus apta sagis .  
 Quā Thrax imperio premis impius ille superbo .  
     Diffita qui immensis regna tenet spatij .  
 Christiadum torpore posens , discordibus armis ,

Dum

Dum ruit Europe viribus asta suis.  
 Telluremque sacram Solymorum possidet urbē,  
 Et Christi cunam, sacra sepulcrā tenet.  
 Tollite Marte nefas, regnum reparate Sionēs,  
 Flos praeorum, sancta robora militiae.  
 Mars erit auxilio tam iusta cibis armā,  
 Threicio quamvis ducat ab orbe genūs.  
 Vos huc sācta fides vocat & spes amplia triūphōs.  
 Talibus auspicijs dux erit ipse Deus;  
 Non animi vobis, nec opes, nec catora defūct  
 In melius vires vertute belligeras.  
 Jungite concordes scelici federe deoztras  
 Perque Italas Vrbes gaudia pacis eant.  
 Pace prius nihil est, summi Pax incōla Cœli.  
 Et hercūlēis merito concelebranda choris.  
 Pace vigint artes, vites dant dulcia vīna  
 Blanda Lyæus habet, flauaq; dona Cereris  
 Pacem vīctor amat, pacē quoq; vīctus honorat  
 Quā primū duxit sub inga ponda boues  
 Hāc pater omnipotēs sumo modo misit Olympo,  
 Mincius Oenēos quā rigat annis agros.  
 Pinguis Cenomanum quoq; alluit Ollias urua,  
 Mellaque sub Longo Praefide mellefluenis.  
 Discordes populos qui pace beant, & urbes  
 Iustitia Pax huic filia semper adest.  
 Hunc sequitur Pax alma virū simularq; redibit.  
 In Patriam Longus, Pax reditura breui est.  
 Conciues pacem suadet inire, Senatus  
 Pax fiet tanti dicta probante viri.  
 Bichius accedit Gallo Legatus ab orbe,  
 Et pacis leges, federa certa foret.  
 Bichius Oebalij decus immortale galeri  
 Carpentoraites praefat, honosque rugē.

Hectoride mandata forens mox Regis, & Anne,  
 Gallica cui parent regna, studebit amans  
 Conciliare animos Venetum, Parisiq; Latinis,  
 Pacificatoris munus amanter aget.  
 Tro, redire vias promptus Cyllenius alter  
 Optate pacis munera leta feret,  
 Luce sacra socijs qua Christus Pace salutem  
 Attulit & vobis Pax rediūtus ait:  
 Purpureus vesper presignat mane forenum  
 Et fore tranquillum cras sine nube diem.  
 Purpureus Venetam veniens sic vespers in urbē  
 Italico pacem nuncias orbe pater.  
 Huic patris Urbani subscibet nomine Dongus  
 Arbiter electus Pacis & orbis amor.  
 Dongus amans pacis vera est, si credere quisquā  
 Abnūdēt mīti pax nūct ore patris.  
 Illius aspectu discordia territa abibit.  
 Cernerē erit gelido monstra rigore metu  
 Diffugient subito furialia monstra timore.  
 Quique sacram presio proficisci Thēmim  
 Scilicet armorum tot tempestatisbus atti  
 Bichius, & Dongus Caſtores orbis erunt.  
 Purpureo veluti fulgens Thaumantias arcu  
 Nuncia diuini fæderis axe incit.  
 Sic Bichi, ac Dongi fulgens mox purpura terris  
 Italica taudem nuncias pacis erit.  
 Viuer honos viriisque feret dum sydera cœlum  
 Denec terra rosas, piscis amabit aquas.  
 Dum flauo Tyberis se flumine voluet in aquor,  
 Recundus pīces dum Thraſymenus aleat.  
 Dum vitreis Sculpentra vadis, parvusq; ferentur  
 Rhēnus in Adriacas, quis Padus intrat aquas,  
 Eridano dum Parma fluet coniuncta marito.

In Mare Tyrrhenum curret & Arnus ostans,  
Eßenisque Aquila Venetique Leonis in ore  
Regina Ausionia mella rasponet Apes.  
In galcis hac cender Apes Urbana, tubisque  
Quæ e magnis Regum floribus alma leget.  
Carula pacatis regnabunt Lilia terris  
Quæis Iris nomen prædixit omen habens.  
Vrbis & Adriaca dicet, populique patrono  
Alier ens potens, Pax tibi Marce, Leo.  
Bichius banc ales Veneto foret ore Leonis,  
Pacificamque oleam missa columba geret.  
Cessabunt bellii nymphi, tumidaque procellæ,  
Liber ab armorum fluctibus orbis erit.  
Talia dicentes soror interpellat Hygea  
Non ignota mihi præciniis alma Salus.  
Huc si quidæ vencura mihi modo Rector Olympè  
Prædixit, dinum sic pia fata volunt.  
Nunc oculis subiecta meis miracula rerum  
Fare age, dicit quorum sunt simulacula virum;  
Quos bellator equus ductore superbis aheno  
Conspiciunt lato crura mouere foro?  
Ferruidus, & magnos Bellona accinctus in rufis  
Ingentesque animos spirat, & ore minas?  
Acrius affurgens eausumque minatur, habenis  
Illum magnanimus ni cohiberet eques.  
Bergomei dux effigies est illa Ioannis  
Et Pauli in sacro, suscipit ista, foro  
Hic heros nunquam vicitus, Fortuna, coegit  
Crinibus adstrictis te sua vota sequi.  
Gestauit clypeis elinguis picta Leonis  
Ora, sed hec semper lamina aperta tenens.  
Illud erat, tacuit fidei quod credita semper,  
Hos, quod seruabat enstra, virosque vigil

Haud

Haud magis Marcomanis protracta in tympana  
Cisca fusa terror post quoq; fata fuit; (pelle  
Quam fuerit vicit dus hostibus iste, rebellæ  
Nam post fata virum pertinuere diu  
Sacra puellarum iuuiis conyubia prompta  
Dote, pudicitia que mage staret honor.  
Effigiem Pompeius habet, prope Longus equestris  
Belgia cui tellus mille trophae dedit.  
Justiniana domus cognomine Longa vetusto  
Quem tulit, Adriacis proposuitque ducem.  
Armi potens Balionus adest, Paulisque Snellius,  
Ductor uterque suo conspicuendus Equo,  
Quæ Veneti pietatis habent loca dicere Lögū est,  
Atamen ex multis dicere pauca libet.  
Condita pauperibus suis hic Xenodochia alédis,  
Sanandisque ægris hospita tecta manent.  
Qualia Parthenopes Laurentia struxit in urbe  
Longa Deo, ac muniri sacraque templa dedit.  
Incurabilibus, tum mendicantibus ades  
Pamperibus, miseris hospitibusque patens.  
Hic capti membris habitant, & sensibus orbi,  
Quos Morbus, Phrenesis, ulcera tetra tenent.  
Huc turba properant, ac libera tecta frequet.  
Ut vita referant hinc alimenta sua.  
Nullum diva famæ nullum scitis enecat ardor.  
Hic nullum nimio frigore perdit hyems.  
Turba puellarum, puerorumque orba parente  
Cura sodalitij est Æmyiane tui.  
Rectores Priulus, Maurus, Tonnesius adsum  
Doctrina insignes, ac pietate viri,  
Officioque parrum vere funguntur, & agris  
Solamen prestant, mystica sacra ferunt.  
Muneribusque pijs intenti noite, dieque

Christie

Christe tuas pascunt , cui famulantur , ones  
Moribus eridunt pupilos , artibus ornant ,  
Ut cum tempus erit hinc alimenta parent .  
Mira Somaschenum longe sed tempore pestis  
Eniuit pietas , sollicitudo patrum .  
Quando laborantum se deuouere saluti .  
Ac subiere ulro mille pericla necis .  
Sic Patriis Amiliis , quorum vestigia calcant ,  
In natis pietas fulsit , amoreque Dei .  
Inniunt varijs obnoxia corpora morbis  
A culpis soluant , criminibusque reos  
Solantur , verbisque docent caelestibus agros  
Que vitare homines , que deceatq; sequi .  
A rectis quantum distent obliqua , supersest  
A virtijs virtus , quos quoque pena manet .  
Deprimit ut fontes , elataque pectora fasculi  
Iuppiter , utique humiles euehat astra super  
Illiota Veneris questu , ganeisque reliquis ,  
Pascitur hic gratis faemina si qua venit .  
Hac loca pauperibus complementur egentibus , agris  
Hic nulli Petras ferre recusat opem ,  
Omnes curantur , quamvis sit sumptibus impas  
Redditus , & turba saepe fit aula minor  
Sustinet immensum donato pecunia pondus ,  
Indigentes curant hic parique dij .  
Bina somascheni patribus commissa Lycam .  
Adriacus Princeps & Patriarcha furent .  
Maxima qui Veneri fulget duo Lumina Celsi  
Et patria inuigilant nocte dieque sua .  
Arisibus ingenuis vacat hic studiofa iuentus .  
Illi venatrix , hic generosa cobors  
Moribus in primis hanc & vircentibus ornante  
Eloquio clari ac religione patres .

Emi-

Emicat hos inter Paulus Carrarius , istra  
Non secus ac inter magnus Apollo micat .  
Museum ter mille libris impletum & auxie .  
Ille Somaschenis Religionis Atlas  
Aspice quot Venetiam confurgant templi p Vrba  
Extollientque altos celos sub astra tholos ,  
Proxima tecta tenet mudi moderator & author .  
Cui persona triplex forma sed una manet .  
Se pater aeternus secunda mente voluntans  
Nominis exemplum concipit ipse sui .  
Dicitur hoc verbum proles aequa parenti .  
Quod suis est & erit semper ubique Deus .  
Omnipotens & uterque ingens , immensus uterque  
Par diuinus amor numen uterque fluit .  
Communi afflatus quem spirat uterque , perennis  
Hic amor est similis par & uterque Deus .  
Tres tamen esse Deos si quis putas auius errat .  
Vnum numen inest , mens eademq; tribus .  
Maiestas eadem tribus est , hinc Trinus , & vnum  
Est Deus aeterno nomine cuncta regens .  
Divina Triadis templum Iessica virgo ,  
Ac complementum iure vocatur , & est .  
Virginei diuina Trias nam corporis aulam  
Condidit , hanc sedem constituitque sibi .  
Hec Patriis Aeterni proles , natuq; perennis  
Mater & hanc sp̄sam spiritus almus habet .  
Ergo salutaris merito noua Virginis edes .  
Surgit apud Trini templo verna Dei .  
Virginis haud edes Triadis noxa destruit adem  
Virgo sed ut Triadem compleat & ornat eam  
Quin licet antiquam Triadis quis diruat edem  
Semper erit Triadis virgo beata domus .  
Insanabilium prope templum Spiritus almus .

Et

Et Diuimus Amor templa dicata tenet.  
 Indo Redemptoris consurgit nomine sacrum  
 Delubrum quo nil pulchrius orbis habet.  
 Hoc Veneti posse patres, ubi peste fugata est  
 Cinibus Adriacis reddita prima salus.  
 Nuda pedes & resto latus succincta. Minores  
 Quos dicostr. Fratrum stas numerosa cohors  
 Qua manes ingenti tellus curvata recessu.  
 Cornua Luna instar qua reparantis habet.  
 Hic lenes spirant aura, mollissima Tempe  
 Fecundat Chloris, Ros quoq; largus humum  
 Daphneas inter frondes, & amena vireta  
 Est iuxta templum Diue Iacobe tuum.  
 Culmina prospecta Martham postrema tenete,  
 Qua se tergeminus fluctus in equor agit.  
 Admonita a Christo vita melioris abegit  
 Dulce ministerium Religionis amans.  
 Nunc ibi laia seder sacris stipata puellis,  
 Barensis surgunt proxima tempa senis.  
 Et quam dux pueri Raphael tenet aliger adem  
 Inde Sebastianae fama propinqua vide.  
 Telorum quem densa seges post ierga reuinclum  
 Texit, corda prius fixerat altus amor.  
 Ara vetus contra respondet norior Aufro  
 Romulea hic artis tecla, foreisque nitent.  
 Veste sacra Latius cibos, per casera Grains,  
 Omnibus hinc Dini ecca dictata domus  
 Virginisq; chorus sacras famulatur ad aras.  
 Diue tenet lege, qui Benedicte suas.  
 Quo ferrugineis nuceos superaddit amictus  
 Religio Maria templa propinqua colit.  
 Carmelo, ut fertur, pastores monte profecti  
 Helia obseruant vatis hucusque modos.

Man-

Mantous vatum quo non facundior alter  
 Baptista illustraque versibus hosce suis.  
 Fluctibus incumbit geminis tua Margaris ades.  
 Calcatus pedibus cui fuit ante Draco.  
 Cerne sodalitium Diui sub nomine Rochi.  
 Qui cruce grassansem depulit orbe luem.  
 Innoxus baculo Gallus domat vlcus aperte  
 Inquinis, huic Cereris forte alimento canis.  
 Hinc Cœlo eductam molam, latèque vagantem  
 Suspicie. Francisci quam tenet alma cohors.  
 Antoni, Pisanus qui gloria magna, decusq; est.  
 Cernitur hic ades & simulacra nitent.  
